



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae

Wintzler, Christoph

Coloniae, 1614

urn:nbn:de:hbz:466:1-10387





M. 1


39.


Jh. 4840.

Ex legato Cel^{mi} Principis Ferdi
nandi, Epⁱ Paderb^{is} et Monaster:
Anno 1683.









3

TRACTATVS
DE IVRIS-
DICTIONE
EPISCOPORVM
GERMANIÆ.

Qui est
APPENDIX AD PROCESSVM
Iohannis Pelsij.



COLONIÆ
Apud Gerhardum Greuenbruch,

ANNO M. DC. XIV.

Colegij Socij Jesu Paderborni



AD LECTOREM.

CVM ea, amice Lector, quae hic de Iurisdictione
Episcoporum Germaniae conscripta vides, ad
manus meas peruenissent, cogitavi operapre-
tium, & rem tibi non ingratam facturum, si typis meis
committerem, & Processui Iudiciario Domini Ioannis
Pelsij, authore Clariss. Consultissimog, viro Dn. Chri-
stophoro Winsler/LL. Licent. ante annos aliquot edi-
to, quem magis gratum & illustrem reddent, adijce-
rem, vnà cum aliquot Commissionibus, Edictis & Man-
datis ad forum Episcopale pertinentibus. Ea igitur, quo
traduntur & communicantur animo, accipe, lege, in-
tellige, iudica, aC In presenti, IVstVMDa

IUDICIUM.

XII. DeCeMbris.

In Isto anno DoMInI nostrI IesV ChristI.



INDEX TITV- LORVM SIVE CAPITVM.

1. De Episcopo, quid sit?
2. Qui sint Archiepiscopi & Episcopi
in Germania.
3. De electione Episcopi.
4. Qui eligi possint, & qui non.
5. De confirmatione Episcopi.
6. De ordinaria Iurisdictione.
7. Iurisdictione in quibus consistat.
8. De Iurisdictione in personas.
9. De exemptis.
10. De iure Episcopi in exemptos.
11. De Visitatione
12. De Synodo.
13. De causis ecclesiasticis.
14. De possessorio in causis ecclesiasti-
cis.
15. De causis fori mixti.
16. De usura, an sit mixti fori?
17. An Iudæis, usura permitti possit?

18. An Episcopus habeat ius carceris?
19. An in foro ecclesiastico punitus, in foro seculari iterum puniri possit?
20. De seculari Iurisdictione Episcoporum.
21. An Episcopi secularem Iurisdictionem habere possint?
22. De Regalibus Episcoporum Germaniæ.
23. An regalia sine confirmatione impetrare possint?
24. An ii, qui sunt de Augustana Confessione, possint habere regalia sine confirmatione?
25. An Episcopi temporalia sine regalibus recte administrant.
26. An sine regalibus habeant sessionem & votum in comitiis Imperii?
27. An in particularibus Imperii conventibus?
28. An habeant iurisdictionem in causis sanguinis poenam inferentibus.
29. De Aduocatis siue patronis ecclesiarum.
30. De Legatis Apostolicis.
31. De Iure & Iurisdictione Capituli sede vacante.
32. De

32. De suspensione iurisdictionis ecclesiasticæ.
33. De iuribus ordinariis Episcopi.
34. De charitativo subsidio.
35. De Vicario Episcopi.
36. An constituto Vicario esset constituentis iurisdictionis?
37. De Archidiacono.
38. An laicus possit esse Consiliarius vel assessor ecclesiastici & è contra?
39. De aduocatione causarum.
40. De appellatione.
41. An omisso medio possit appellari?
42. An in causis secularibus valide appellatur ad Pontificem.
43. De executione sententiæ.



TITVLVS I

De Episcopo, quid sit.

1. **E**piscopus quis apud Ethnicos.
2. **Q**uis apud Christianos.
3. Archiepiscopus est Princeps Episcoporum.
4. Primas est supra Archiepiscopum.
5. Omnium superior Papa.

EPISCOPVS apud Ethnicos, pani & 1o.
 cœteris venalibus rebus, quæ ciuita-
 tum populo quotidianum victum sug-
 gerunt, præfuit, *l. fin. §. Irenarcha. ff. de mun.*
 & honor. Apud Christianos Ecclesiam Dei 2o.
 regit. Act. cap. 20. superintendit curam
 gerens subditorum, eorumque mores & vi-
 tam prospiciens, *s. clericos dist. 21. c. qui E-*
piscopatum. 8. q. 1. Vnde is qui Parochis præ-
 est, apud eos qui sunt de Augustana con- 3o.
 fessione, Superintendens appellatur. Ar-
 chiepiscopus est summus seu princeps ali-
 quorum Episcoporum, quos suffraganeos
 dicimus, præsidens tam metropolitanis,
 quam cœteris Episcopis, *d. 6. clericos.* ho-
 die in effectu à metropolitano non differt.
Rebuff. in concord. §. de Instit. Lancel. Conrad.
in Imp. om. iud. lib. 2. cap. 4. num. 1. per c.
Pastoralis. x. de offic. ordinar. Supra Archie-
 piscopum est Patriarcha siue Primas, *c. &* 4o.
3. dist. 99. vt est Treuirensis in Belgica Pro-
 uincia,

uincia, *c. Tingualdum 11. q. 3.* Magdeburgensis in Germania, ex beneficio Benedicti VI. Papæ. *Pet. Cudsem. in suo Apologet. cap. 18.* cuius tamen in reliquos Archiepiscopos nulla est potestas, nec esse potest, quam diu sacros canones, non agnoscit. *arg. §. sed neque. §. sed etiam. auth. Quo oport. Episc. col. 1.* Omnium supremus est Pontifex siue Papa. *d. c. clericos. dist. 21. Plura de his apud Lancell. Conrad. d. loc. cap. 1. in seqq. Pet. Gregor. Tholos. in Syntag. Iur. vniuers. lib. 15. ca. 3. & seqq. Tob. Paurmeist. lib. 2. de Iurisd. cap. 7.*

TITVLVS II.

Qui sint Archiepiscopi & Episcopi in Germania.

1. **I**N Germania referuntur septem Archiepiscopi.
2. Moguntino subsunt XII. suffraganei.
3. Coloniensi quot & qui?
4. Treuirensi quid?
5. Magdeburgensi & Saltzburgensi, quid?
6. Rigensis & Pragensis non parent Imperio.

1. **I**N Germania referuntur septem Archiepiscopi, 1. Moguntinus, 2. Treuirensis, 3. Coloniensis, 4. Magdeburgensis, 5. Saltzburgensis, 6. Bisontinus, 7. Bremensis. Moguntino subsunt suffraganei,

EPISCOP. GERMANIÆ. II

nei, siue Episcopi comprouinciales, Her-
 bipolensis, Spirensis, Argentinensis, Con-
 stantiensis, Wormatiensis, Augustanus,
 Paderbornensis, Hildessiensis, Eichstaten-
 sis, Curiensis, Halberstatensis, & Ver-
 densis. Coloniensi subsunt, Leodiensis, 3.
e. sicut tuis x. de simon. Monasteriensis, Min-
 densis, Osnabrugensis & Ultraiectinus, sed
 hic ante aliquot annos, cum tot noui Epi-
 scopatus in Belgio sunt erecti, in Archiepi-
 scopatum eleuatus eoque modo superiorita-
 ti Coloniensi subtractus est, prouincia eius
 ad Circulum Burgundiæ pertinens, Impe-
 rio non contribuere tenetur. §. nach dem
 auch von / r. Reichs abscheidt. de anno 1548.
 prout & iam diu ante, Episcopatus Bremen-
 sis, Crantz. in metrop. Saxo. ca. 19. & seqq.
 Treuerensi subsunt, Metensis, Verdunen- 4.
 sis, & Tullensis, qui etsi anno 1552. vt con-
 queruntur historix & acta imperij per regem
 Gallix, quoad secularem Iurisdictionem im-
 perio Romano sint subducti, nihilominus v-
 ti canones & religionem Catholicam colen-
 tes suo Archiepiscopo in spiritualibus pare-
 bunt. Magdeburgensi subsunt, Misnensis, 5.
 Mersburgensis, Naumburgensis, Siue Cit-
 zensis, iuxta Munster. in chron. Brandebur-
 gensis & Huelburgensis. Saltzburgensi sub-
 sunt, Ratisbonensis, Patauiensis, Tridenti-
 nus, Frisingensis, Brixiensis, Gurcensis,
 Chiemensis, Seccouiensis, Lauentinensis &
 Vien-

Viennensis. Bremensi subsunt, Lubecensis, Razeburgensis, Schuerinensis, Sclesuicensis & Lebusiensis. Bifontino, Basileensis, Lausanensis, & Belicensis, hisce addit *Pet. Gudsem. in suo Apolog. ca. 18.* Rigensem & Pragensem, sed quia hic Bohemo & ille Polono parent, nec omnes eorum suffraganei Imperio, quoad eos & reliquos Germaniæ Episcopos, refero me ad matriculam imperii & *Pet. Gudsem. d. loc. Tob. Paurmeist. de Jurisdic. lib. 2. cap. 1. Matth. Stephan. lib. 3. de Jurisdic. part. 1. cap. 7.* Cameracensis habet quidem votum & sessionem in Comitibus imperii non tanquam Archiepiscopus, licet in suo tractu talis reputetur, sed tanquam Episcopus.

TITVLVS III.

De Electione Episcopi.

1. **E**piscopi quomodo olim electi sint.
2. **H**odie eliguntur à Clero.
3. **N**on admittuntur ad maiores ecclesias nisi nobiles vel graduati.
4. **O**missa forma, Electio est nulla.
5. **N**ulliter electus, iterum eligi potest.
6. **I**ndignum eligentes, priuantur Electione.

L **O**LIM Episcopus designatus siue nominatus fuit à summo Pontifice, *6. l. dist.*

dist. 22. gl. in c. quanquam. x. de Ele. iuxta iuris diuini ordinationem, Robert. Bellarm. in controuer. de memb. eccles. milit. lib. 1. ca. 8. à clero & populo, c. in nomine, dist. 23. c. plebs, c. nasse, c. metropolitano dist. 63. reliquis eiusdem prouinciæ Episcopis, ab Imperatore & Regibus, vti adhuc in Hispania, Gallia, & Belgio, vel à Clero primario, hoc est, c. ecclesia. 48. c. cūmana. c. in Genesi. x. de Elect. Bertachin. de Episcop. lib. part. 3. num. Capitulo siue Canonicis Cathedralis ecclesiæ, & iste modus in Germania seruetur, Bellarm. d. loc. cap. 9. & magis frequenter per viam scrutini, eo ex statutis & longæua obseruatione audito, quod in maioribus ecclesiis nulli Canonici admittantur, minus Episcopi eligantur, nisi in prosapia ex deductione auitorum insignium verè nobiles, vel in Theologia seu lure graduati demonstrantur, iuxta cuiuslibet ecclesiæ statuta, seu consuetudines; seruata electionis forma ex Concilio Lateranensi, in c. quia propter, 42. x. de Elect. præscripta, quæ si negligatur, electio per sententiam inuadatur, vt ibi in §. qui vero text. & Dd. quanquam x. eod. in 6. & poscunt eligentes ante sententiam de nouo eligere, Panor. d. §. qui vero. num. 5. etiam eundem, c. super eo. x. d. tit. 10. VVames. Conf. 21. in fin. Tom. 1. quia ex prima electione nihil iuris acquisiuit, eiusque intuitu electio dicitur nulla, non respectu eligentium, & sic Dd. diuer.

14 DE IURISDICTIONE

6. diuersum loquentes concordantur. *Francisc.*
Marc. Tom. 1. quest. 1337. & seqq. Secus
quam si scienter indignum elegerint, tunc
pro ea vice, ipso iure electione priuantur,
c. cum in cunctis. §. clerici. c. innotuit. 20. c.
cum Vitonensis. 25. x. de elect. & ius eli-
gendi ad superiorem deuoluitur, *d. c. quan-*
quam. eod. in 6.

TITVLVS IV.

Qui eligi possint, & qui non.

1. **I**llegitimi, minores & Episcopi non eliguntur.
2. **I**non laici, coniugati & incatholici.
3. **N**on criminosi.
4. **D**eficientes à religione Catholica cedere debent.
5. **I**us antiquum manet, quamdiu non est muta-
tum.

1. **O**MNES ii, qui expressè non prohi-
bentur, eligi possunt: prohibentur
autem, illegitimi, minores triginta an-
nis *c. cum in cunctis. 7. innotuit. 20. x. de*
elect. alterius ecclesiæ Episcopi. c. fin. x.
de postul. qui omnes interim sub spe dispen-
sationis postulatur, vt ibi. Dd. & in c. cu-
2. **P**ientes. §. denique. x. eod. in 6. **I**diotæ,
laici, coniugati, vxorem & liberos habentes,
alterius quam Catholicæ religionis §.
sancimus. auth. de sanctis. Episcop. col. 9. §. neq, enim
3. **I**diot. §. & neque vxori, §. prius autem, *auth. Quomo-*
oport.

oport. Episc. col. 1. vel alicuius criminis canoni-
 bus inimici c. catinensis dist. 61. vnde anno 1555.
 in pace Religionis, vulgo Religion fried/S. Vnd 4.
 nach dem/ordinatum est, quod deficiens à Ca-
 tholica religione ad Augustanam Confessio-
 nem, Episcopatu & beneficiis cedere, nouæque
 electioni locum dare debeat, sicut Anno 1583.
 in Archiepiscopatu Coloniensi practicum 5.
 est, eoque minus eligitur, cum turpius eicitur,
 quam non admittatur hospes, Etsi ita ordina-
 tum non esset, ius antiquum, quamdiu non
 mutatur, inuiolatum manet, l. precipimus, C. de
 appellat. l. sancimus, C. de Testam.

TITVLVS V.

De Confirmatione Episcopi.

1. **E**lecti ante confirmationem non admini-
 strant.
2. Aliter electi in Germania.
3. Confirmati non ea, quæ sunt ordinis.
4. Pallium plenitudinem officij confert.

ELECTI non possunt administrationem 1.
 dignitatis per se vel alium, pro parte, vel
 in totum gerere vel recipere, nisi à supe-
 riore confirmationem intra tres menses, iuste
 cessante impedimento, petierint, alias iure per
 electionem quæsito priuantur, c. auaritia c. quæ
 sit. x. de elect. in 6. nisi sint valde remoti, vltra Ita- 2.
 liam

DE IURISDICTIONE

liam constituti, (quales sunt Episcopi in Germania) qui in concordia electi, donec confirmationem commodè impetrare possint dispensatione propter necessitates ecclesiarum & utilitates, in spiritualibus & temporalibus administrant, *c. nihil 44. x. eod.* non tamen, ea, etsi vere confirmati quæ sunt ordinis, nisi subsequente consecratione, *c. transmissam. 15. x. de tit.* nec consecrati Archiepiscopi, nisi impetrato pallio, *c. quod sicut. §. praterea. & ib. Panor. x. eod.* quod pontificalis officii plenitudinem cum Archiepiscopalis nominis appellatione, confert. *c. nisi specialis, cum his. x. d. auth. & usu pall.*

TITVLVS VI De Ordinaria Iurisdictione.

1. **E**piscopus habet Iurisdictionem per Diocesim.
2. Etiam sub alterius districtu.
3. Diocesis latius patet quam territorium.
4. Mundus est Diocesis Pontificis.
5. Inter diuersos Episcopos diuisus.

1. **E**PISCOPVS habet ordinariam Iurisdictionem per totam Diocesim. *c. cum Episcopus. x. de offic. ordinar. in 6.* etiam sub alterius secularis principis territorio, aut ciuitatis liberæ districtu, *Ioach. Stephan. in Tract. de Synod. cap. 5. num. 22. Matth. Stepha. lib. 3. de Iurisd. cap. 14. num. 12. & seqq.* vt habet Archiepiscopus Coloniensis sub Ducatu Iulie, Cluie, Montis & c. ciuitate

tate Tremoniēsi & in quibusdam locis Electo-
 ratus Treuerensis, & vice versa Archiepiscopus
 Treuerensis in certis quibusdam locis Electo-
 ratus & territorii Colonienſis, Episcopus Spi-
 renſis in ciuitate Spenr & Weſt/ Auguſtanus
 in Donawerth & Augſpurg in ſuis terminis &
 cauſis, ita ne ſceptra iurisdictionū cōfundātur,
c. peruenit. 11. q. 1. Ordinat. Camer. part. 2. Tit. 1. Et ſi 3.
 fiat confuſio, ſubditis inhiberi poteſt, *c. ex teno-
 re, x. de for. compet.* Diœceſis enim latius patet
 quam territorium ſeu diſtrictus, *Alciat. in l. pu-
 pillus. §. territorium ff. de verb. ſignif.* ſpiritua-
 lem, non ſecularem importans iurisdictionem, *A-
 drian. Gylman. lib. 1. rer. iud. Camer. deciſ. 51. num. 33.*
Spiegel in verb. diœceſis. Alciat. d. loc. Et dicitur 4.
 totus mundus diœceſis ſummi Pontificis, uti
 Vicarii Chriſti, habentis omnium animarum
 curam, *c. cuncta. c. per principalem. 9. q. 3. Hiero. de
 Monte. in Traſt. de ſinib. regund. cap. 12. num. 10.*
 ſucceſſu temporis, prout creuit Chriſtianorum 5.
 numerus inter diuerſos Episcopos per diuer-
 ſas diœceſes diuiſus, *c. 1. 13. q. 1. Hier. de Monte d.
 loc. num. 4. Pet. Gregor. Tholoſ. in ſyntax. Iur. ciuil.
 lib. 15. cap. 12. num. 4.* ita quod non ſit homo,
 qui non alicui Episcoporum ſubſit, *c. omnes. c.
 ſolita. x. de maior. & obed. c. omnis x. de cenſib.*

TITVLVS VII.

Iurisdictione Episcopi in quibus
 conſiſtat.

1. **Q**ue ad Iurisdictionem Episcopi pertineant?
2. **Q**uæ ad L. Iurisdictionis, aliqua ad L. Diœceſanam.

B

3. Vna

3. *Lex Iurisdictionis sub diocesana comprehendi & vna lex dici potest.*

1. **O**RDINARIA Episcopi iurisdictionis consistit, in cognitione causarum ad forum ecclesiasticum pertinentium, canonica obedientia, subiectione & reuerentia, institutione & destitutione, correctione & reformatione, ac censura ecclesiastica; pœnitentijs, & Sacramentorum omnium, quæ ab Episcopo sunt recipiēda, collatione, synodo & synodatico, siue cathedratico, quarta decimationū, & mortuorum, visitatione quoq; annua, & eo nomine procuratione pro facultatibus ecclesiarū moderanda, *c. conquerēte x. de offic. ordin. quorū aliqua ad legem iurisdictionis, aliqua ad legem diocesanam spectare dicuntur. per not. in c. dilectus x. eod.* quæ distinctio etsi non vsq; adeo probabilis ac certa sit, & lex iurisdictionis sub diocesana comprehendi, & sic vna lex dici possit, vt i-
bi, *Panor. & in c. 1. m. 5. x. de Stat. regular.* Nihilominus vt, *d. c. dilectus.* satis fundata per alios etiā recētiore probatur. *Matth. Steph. de iurisdiction. lib. 3. cap. 14. nu. 96. quem vide & Dd. in d. c. dilectus.* & quoad verba quid singula denotent & ad quam legem referantur, *in d. c. conquerente.* & nos aliquid suo loco & ordine dicemus.
- 2.
- 3.

TITVLVS VIII.

De iurisdictione in personas.

1. **E**piscopus in omnes Ecclesiasticos habet iurisdictionem.
2. *Pactum & consuetudo vt Clericus coram laico conueniatur, non valet.*

3. Cleri-

3. Cleric⁹ in loco delicti corā Ecclesiastico sortitur forū.
 4. Contemptor tamen per secularem comprimetur.
 5. In causa feudali & mere reali conueniri potest coram laico.

REGVLARITER in omnes & singulas personas ecclesiasticas, tam regulares quam seculares, Episcopus habet jurisdictionem, *c. clerici. c. cum non ab homine. c. qualiter. x. de iudic. c. postulasti. x. de for. compet. auth. cassa. cū seqq. C. de Episcop. & cler. siue in rem, siue in personā agatur. c. sane. x. de for. compet. nec in contrariū, vt clericus conueniatur coram laico, valet cōsuetudo, d. c. clerici, nec pactum etsi iuratum, c. si diligenti. x. eod. etiam de Pontificis vel Episcopi consensu, gl. & Dd. in c. significasti. x. d. tit. Marant. in spec. part. 4. distinct. 11. nu. 2. Marta de iurisd. inter cler. & laic. part. 2. cap. 6. in loco delicti inuentus non minus, quam laicus, corā iudice delicti, saltem ecclesiastico, forum sortitur. d. c. postulasti & c. fin. x. de for. comp. de delicto cōuictus, gladio spirituali nihil proficiente, si in fundum malorum veniens, contempserit, cum Ecclesia non habeat vltra, quod faciat, per secularem cōprimendus est potestatem, d. c. cum non ab homine. x. de iudic. de quo prolixè & distinctè Prosp. Farina. part. 1. tom. 1. quæst. 8 in causa feudali coram domino feudi, etsi laico, recte conuenitur, c. ex transmissa. c. verum & ibi Dd. x. de for. comp. sicut & de causa siue actione mere reali dicitur, arg. l. fin. C. vbi in re act. l. si prædiū C. de præd. & alijs reb. minor. Francisc. Mar. quæst. 250. part. 1. iuxta iudicatum Cameræ imperialis, Gail. lib. 1. obs. 37. nu. 4. de pignorat. cap. 7 nu. 2. Myns. Cent. 5. obs. 93. nu. 6.*

De Exemptis.

1. **O**rdinariae Episcopi Iurisdictioni subiecti omnes Clerici.
2. Exempti sunt Cistercienses.
3. Et Templarij, Hospitalarij & ordines mendicantes.
4. Qui tamen summo Pontifici & superioribus illius Ordinis sunt subiecti,
5. Ordinum superiores in suos habent iurisdictionem non minorem quam Episcopalem.

1. **D**e iure communi omnes clerici ordinariae Episcopi Iurisdictioni censentur subiecti, c. omnes. 16. q. 7. c. cum venerabilis. x. de relig. domib. c. cum Episcopus. x. de offic. ordin. in 6. Panor. in c. accepimus. nu. 4. de priuil. & excess. priuileg. nisi per authentica scripta probetur esse exempti. d. c. cum venerabilis. c. recepimus. c. cum olim. c. cum capella. c. ex ore. x. de priuileg. Francisc.
2. Marc. quest. 1240. part. 1. Vti Cistercienses. gl. in cle. 2. x. de stat. monach. per c. cum ordinem. x. de rescript. c. ex parte. c. fin. x. de decim. clem. 2. x. de censib. qui tamen promittunt Episcopo subiectionem, reuerentiam, & obedientiam ab origine ordinis à sanctis patribus constitutam secundum regulam S. Benedicti perpetuo exhibendam,
3. c. ne Dei. x. de Simon. Templarij & Hospitalarij, d. c. recepimus. x. de priuileg. non quoad jus, juxta Hostiens. & Panor. ibid. Minores, Prædicatores, alijque mendicantes ordines, & his similes, Per. Gregor. Tholos. in Syntag. Iur. Vniuers. lib. 25. cap. 8. nu. 16.

nu. 16. arg. c. nimis praua. x. de excof. prelat. Summo Pontifici, alijsque superioribus, pura Generali seu Prouinciali illius ordinis subiecti. d. clem. 2. de stat. monach. fere magis firmiter, quã seculares clerici Episcopo, propter vota quæ solenniter præstant, Ideoque isti superiores non minorem quam Episcopalem iurisdictionem in eos exercent, c. Abbates, x. de priuileg. in 6. c. fin. x. de stat. monach. Pet. Gregor. d. loc. gl. in cle 1. ver. proprij de reb. eccles. alien. Franc. in c. 1. nu. 23. x. eod. in 6.

TITVLVS X.

De Iure Episcopi in exemptos.

1. Episcopus quibus casibus habeat iurisdictionem in exemptos.
2. In ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum.
3. Habet jus visitandi & vocandi ad Synodum.
4. Reformandi, corrigendi & puniendi.
5. Habet & charitatiuum subsidium.
6. Episcopus ad conseruandum iura exemptorum, vel ob prelati negligentiam potest agere pro exemptis.

EPISCOPVS habet iurisdictionem in exemptos, ratione contractus, delicti, & rei in loco non exempto sitæ, & in alijs casibus, in quibus eos iurisdictioni Episcoporum subesse Canonica præcipiunt instituta, c. 1. x. de priuileg. in 6. in ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum, Concil. Trident.

- dent. *sess. 7. cap. 14. Statut. Colon. sub Adolph. Archie.*
fol. 522. Nauar. in suo Manuali. cap. 25. nu. 13. habet
 3. & ius visitandi. *Concil. Trident. sess. 21. cap. 8. sess.*
24. cap. 9. reform. Statut. Colon. d. loc. qui præ reli-
 quis debent esse reformati, ne dum visitatis, &
 reformatis non exemptis, hæreant perpetuo
 in eodẽ luto, & populũ irreligiosa vitę conuer-
 satione scādalizēt, *ibi. fol. 439. vocādi ad Synodũ*
Cōcil. Trid. sess. 24. ca. 2. reformat. 10. V Vames. cōfil. 46.
nu. 5. fol. 1. reformandi, occupata, deperdita & in-
 4. *debita alienata in statũ debitũ reducēdi, clē. 2. §.*
nos autē. de religiof. domib. corrigēdi & puniēdi, vbi
 iuxta eius ordinationem non deserant hone-
 stum habitum clericalem, *concil. Trident. sess. 14.*
ca. 6. vel simile quid omittant, vel peccent, pro-
 ut imperii Germani necessitas & sua Casarea
 maiestas requirit. *Stat. Colon. d. Vol. 439. Habet &*
 5. *charitatum subsidium iuxta veriore Dd. o-*
 pinionem, *Boer. decis. 135. nu. 4. Eapropter ad cō-*
 feruandum huiusmodi iura vel ob prælati ne-
 gligentiam recte agit pro exempto. *d. clem. 2. de*
 6. *relig. dom. vti dominus pro subdito, & abbas pro*
 monacho, *Gail. lib. 1. obs. 125. nu. 4. & seq. quemad-*
 modum egit Episcopus Wormatiensis contra
 Senatum in *Winyssen / pro hospitali ibidem.*
 An autem generalis seu prouincialis illius ordi-
 nis agere possit? dum in grauissimis causis adhuc
 sub iudice lis est, non tango.

TITVLVS XI.

De visitatione.

1. **V**isitatio semel in anno fieri debet.
 2. **V**el sepius, si necessitas requirat.

3. Per

3. Per Episcopum vel alios idoneos, ad id deputatos.
4. Super quibus inquirendum.
5. De forma Inquisitionis nulla regula prescripta.
6. Monachi per Abbatem loci corrigendi.
7. Seculares clericos corriget Episcopus.
8. Sine expensis subditorum visitatio fieri debet.

QUANDO disciplinæ gubernaculum negligitur, religio naufragium pati solet. R
s. accedentes. x. de stat. monach. ideo visitatione & correctione opus est, vel semel in anno c. conquerente. x. de offic. ordin. c. decernimus, c. Episcopum 10. q. 1. vel bis, c. venerabilis. x. de censib. c. excommunicamus. §. adijcimus. x. de haret. vel sæpius quoties necessitas requisierit, c. mandamus. x. de offic. Archidia. c. non semel. 18. q. 2. vel rarius pro amplitudine dioceseos, Concil. Trident. sess. 24. cap. 3. per Episcopum. d. c. conquerente. vel alios idoneos presbyteros eius nomine ablegatos, d. c. Episcopum 10. q. 1. c. inter cætera. x. de offic. ordin. c. si Episcopus. x. ead. in 6. inquirendo de vita & conversatione ministrantium in ecclesiis, & locis diuino cultui deputatis, c. 1. §. sane. x. de censib. in 6. monasteriis monachorum & monialium, c. in singulis. §. porro. x. de stat. monach. de excessibus cleri & plebis, Specul. in tit. de Inquisit. §. quando autem, Vers. preparatoria, sub forma & interrogatoriis, passim in statut. synodal. Colon. nulla certa regula ob rerū instabilitatē & diuersos casus præscripta. ibi. fol. 440. Monachos per abbatē loci corrigi faciat, juxta ordinis regulā &

- apostolica instituta, *c. quanto, vbi gl. & Dd. x. de offic. ordin. c. ea qua. x. de stat. reg. seculares clericos ipsemet corrigat, pro excessus qualitate, per carceres, c. dilectis filiis. x. de appel. c. cum episcopus. x. de offic. ord. in 6. per canonicam & salutarem poenitentiam, c. licet. vbi Dd. x. de poen. non quærens quæ sua sunt, sed quæ sunt Iesu Christi, c. procuratores. x. de censib. c. 1 §. caueat, x. eod. in 6. ideoq; consuetudinem, qua sine procuratore, hoc est expensis subditorum, visitatio fiat, seruabit, *gl. Fran. & alij Dd. in d. c. 1. de censib. Concil. Trident. sess. 24. d. cap. 3. ad exemplum Apostoli Pauli c. cauendum, 10. q. 1. Stat. Colon. d. fol. 440.**

TITVLVS XII.

De Synodo.

1. Synodus generalis quæ.
2. Prouincialis quæ.
3. Episcopalis vel Diocæsana quæ.
4. Quoties celebranda.
5. In quem finem.
6. Per & apud quos in Synodo inquisitio facienda.
7. Decreta in Synodo prouinciali referuntur ad Episcopalem.

- i. SYNODVS aut est œcumenica siue generalisquam summus pontifex indicit, & in qua conueniunt, vel saltem conuocantur totius fere mundi antistites, *c. 1. 2. & seqq. dist. 17.* aut prouincialis, quando alicuius prouinciæ
2. Episcopi conueniunt, Vt si Archiepiscopus suos Suffraganeos seu comprouinciales Episcopos

pos conscribit, *c. sicut olim. x. de accusat. c. de concilio. c. propter. c. non. c. peruenit. dist. 18.* aut Episcopalis siue diœcesana, quam Episcopus in sua diœcesi instituit, conuocando suæ diœcesios prælatos, presbyteros & clericos. *c. quando dist. 38. c. placuit. 12. q. 2. c. annis singulis d. d. st. 18.* vel semel in anno. *d. c. sicut olim. vel bis, d. 1. de concilijs, cum seq.* eoque iure vtuntur in diœcesi Coloniensi feria secunda post Dominicam Inuocauit, & festum S. Remigij, *vide Statut. Prouin. Col. fol. 407. 441. & 537.* ad corrigendos & reformandos mores præsertim in clero. *d. c. sicut de accusat.* de quibus apud cathedralis, collegiarum, monasteriorum Prælatos & præsertim Archidiaconos, & Decanos rurales, qui vocati sunt in partem sollicitudinis Episcopalis, per Vicarium in Pontificalibus, & Officialem diligens inquisitio fiet, *Stat. d. fol. 407.* formam interrogandi Decanos rurales habes *fo. 537. & seq. tres vel quatuor laicos. fol. 407. & seq.* Ea interim quæ in Archiepiscopali siue Prouinciali synodo decreta & sancita sunt, referuntur ad Episcopalem, *c. decernimus. dist. 18. c. ex ore. x. de priuileg.* in Episcopali ad Archidiaconalem & ruralem *Stat. Colon. d. fol. 407. cap. 19. & fol. 538*

TITVLVS XIII.

De causis Ecclesiasticis.

1. **O**mnēs causa contra clericum pertinent ad forum Ecclesiasticum.
 2. Item beneficiales Electionis, prouisionis præbendæ.
- B 5 3. Causa

3. Cause Decimarum, iuris patronatus.
4. Matrimoniales.
5. Cause hæreseos.
6. Simonia.

1. **O**MNES causæ contra clericum, ad forum ecclesiasticum pertinent, *c. 1. c. cum contingat. x. de for. compet. siue ciuilitè siue criminaliter ad canonicam obedientiam, subiectionem & reuerentiam, institutionem & destitutionem, correctionem & reformationem, intentantur, c. conquerente. x. de offic. ordin. causæ beneficiales, vt ibi Dd. Iacob. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 126.*
2. Electionis, postulationis, promotionis, canonicatus vel præbendæ, *cle. dispendiosam. c. de iudic. Vant. de nullit. ex defect. iuris. d. nu. 54. Thom. Michaël. de iuris. d. conclus. 39. Prosp. Farina. lib. 1. cum tit. 1. q. 8. nu. 20.*
3. Causæ decimarum, *c. tua. x. de decim. c. fin. x. de rer. permut. c. causam. x. de præscript. iuris patronatus, c. quanto & ibi Dd. x. de iudic.*
4. Matrimoniales, *c. accedentibus. 12. x. de excess. prælat. c. causam. 1. x. de offic. iud. deleg. c. 1. x. de consang. & affinit. c. auditis. x. de præscrip. c. multorum. 35. q. 6. Concil. Trident. sess. 25. de refor. cap. 14. Thom. Michaël. d. conclus. 39. siue agatur de substantia, & quæstione, an sit matrimonium, vt ibi Dd. & Marant. in spec. dist. 13. nu. 3. etiam incidenter ratione natalium & legitimitatis, c. tuam. x. de ord. cognit. c. lator. x. qui fil. sint legit. siue de diuortio & separatione thori, iuxta communem. teste Couar. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 6. nu. 14. & seq.*
5. Thom. Michaël. d. conclus. 39. Causæ hæreseos, *c. ad abolendam. c. excommunicationis. x. de heret. c. vt inquisitionis*

quisitionis, § prohibemus. x. eod. in 6. & hoc ita omnes sentiunt, pœna per laicū infligenda, *Clar. in §. hæresis nu. 4.* utpote causa decisa, quod sit hæresis, executio ad iudicē secularem pertinet, *Alciat. in c. 1. nu. 74. x. de offic. ordin. hinc Anabaptistæ, absq; vlla iudicis ecclesiastici inquisitione puniuntur, juxta Edictū Caroli V. & Reichs abscheidt de Anno 1529. §. nach dem auch. & contra concordata religionis grauat. Cameram imperialem recte implorat, §. wir befehlen/ vnd ic. Reichs abscheidt. Anno 1555. Simonia, vt est communis Dd. opinio, Idem *Clar. in §. Simonia nu. 7. Farina. d. quest. 8. nu. 126. & 128. & his similes, quæ non ex legum distinctione, sed canonum æquitate debitum sortiuntur finem, c. literas. x. de iura. calū. de quibus Couar. pract. quest. cap. 31. nu. 2. Vers. prima conclusio. Marant. dist. 11. Farinac. d. tit. de Inquisit. quest. 8. nu. 20. 126. & seqq. Marquard. de Susan. in Tract. de Iuda. part. 2. cap. 9. nu. 6. De denunciatione Euangelica, vide c. nouit. & ibi Panor. Alciat. & alios Dd. x. de iudic.**

6.

TITVLVS XIV.

De possessorio in causis Ecclesiasticis.

1. **P**ossessorium nihil habet cū petitorio cōmune.
2. **P** De vxore exhibenda potest agi coram Iudice seculari, de constituenda dote.
3. De sequestranda Sponsa duorum.
4. De Furto decimarum.
5. De recuperanda vel retinenda possessione beneficij.
6. Quoties in possessorio titulus principaliter controuertitur, fit remissio ad iudicem Ecclesiasticū.
7. Si querela deferatur contra clericum, laicus est iudex incompetens.

Possesso-

1. **P**OSSESSORIUM nihil habet cum petitorio, siue proprietate commune, *l. j. §. 3. l. naturaliter §. nubi. l. possessionē. ff. de acquir. possess. tanquam temporale coram seculari iudice tractari potest. gl. in c. literas. x. de iura. cal. communiter recepta. teste Gail. lib. 1. obs. 38. nu. 2. Mynsing. Cent. 2. obs. 67. nu. 2. Nic. Anth. Crauet. ad Vest. lib. 5. cap. 1. nu. 6. vt si agatur, de vxore exhibēda, Thessaur. decis. 117. Marta de iurisd. eccles. part. 2. cap. 8. nu. fin. vbi ait, ita sapius iudicatum esse, de dote constituenda, vel soluenda. Couar. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 12. nu. 10. Farina. lib. 1. Tit. 1. quest. 8. nu. 150. Costal. in Rub. ff. de sponsal. Tho. Michaël, de iurisd. conclus. 42. de sequestranda sponsa duorum,*
2. pendēte lite. Gail. lib. 1. obs. 112. nu. 15. & seq. de furto decimarum, siue meris fructibus, Pet. Rebuff. de decim. quest. 10. nu. 3. & seq. Marq. de Susan. in tract. de iud. part. 2. cap. 9. nu. 6. de recuperanda vel retinenda possessione beneficij. Guid. Pap. quest. 1. & 85. Thessaur. decis. 82. Cacheran. decis. 116. per tot. in adipiscenda, idem ibi. Thess. sentit, sed contrarium, Farinac. d. q. 8. nu. 23. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. nu. 235. quoties autem in possessorio titulus principaliter controuertitur, fit remissio ad iudicem ecclesiasticum, Menoch. de recuper. poss. remed. 2. nu. 328. & seq. Mynsing. Cent. 1. obs. vlt. vbi refert præiudicia Cameræ, Sicut & si querela deferatur contra clericum, tunc laicus, non tam ratione causæ, quam personæ est iudex incompetens. Menoch. d. rem. 5. nu. 219. & seq. Couar. pract. quest. 35. nu. 1. Tho. Michaël. d. conclus. 41. fac. Tit. preced. in princip. quamuis alij aliter sentiant, quasi & laicus in possessorio inter cleri-

clericos cognoscere possit. vide Couar. d. loc. in princip.

TITVLVS XV.
De causis mixti fori.

1. **Q**uæ sint causæ mixti fori.
2. Sacrilegium est mixti fori, Sodomia.
3. Sortilegium, periurium.
4. Concubinatus, cuius tamen pœna parum practicatur.

CAUSÆ mixti seu communis fori sunt, in quibus tam ecclesiasticus quam laicus iudicare potest, & præuentio locum habet, *Marta de Iuris d. inter iud. eccles. & laic. part. 2. ca. 2. per tot. vtest sacrilegiū. c. cum sit generale, x. de for. compet. quamuis conuenientius sit raptorem apud laicum conuenire, nisi hic sit negligens, vt ibi text. ex supplemento Contij. Sodomia, iuxta communem Dd. opinionem teste Prosp. Farinac. in prax. crim. tom. 1. part. 1. tit. de Inquisit. quæst. 8. nu. 129. Sortilegiū, nisi in quatum sapit heresim vt ibi nu. 133. Clar. in §. heresis. nu. 25. Periurium, Panor. in d. c. cum sit generale. nu. 21. Guid. Pap. quæst. 178. Mart. d. part. 2. cap. 9. nu. 25. adulterium, Pano. d. loc. nu. 23. & in c. 1. nu. 3. arg. illius text. x. de offic. ordinar. communiter probatur. Clar. in §. fin. quæst. 37. concubinatus, Farina. d. loc. nu. 131. cuius pœna tamen tam apud ecclesiasticos quam laicos iudices parum practicatur. Clar. d. quæst. 37. num. 4. vbi & in d. c. cum sit, vide plures casus.*

TITV.

De vsura, an sit mixti fori.

1. **V**surā an & quo iure prohibita.
- 2.3.5. An sit mixti fori. num. 3. & 5.
4. Differentia inter criminale & ciuile iudicium.

1. **V**SVRA apud Ethnicos Philosophos ex ratione naturali dānata apud Iuriscōsultos ex politica ratione permessa, vt ff. & C. de *Vsur.* olim apud Germanos incognita *Cornel. tacit. de morib. Germa. & ibi lod. V Villich.* vtinā adhuc, nunc de iure diuino & canonico prohibita, an & de iure posteriori ciuili, quo concilium Nicœnum eam improbens, c. *quoniam dist. 46.* probatur, l. *quicumq; C. de heret. § 1. auth. de eccles. tit. col. 9.* controuertitur, vt videre est apud *Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 1. nu. 5. & seq.* & magis pia opinio est, quod sic, maxime de recessibus Imperii de anno 1500. 1548 & 77. tit. von *Bucherliche cōtracten.* mixti fori dicitur, *Octa. Cacheran. decis. pedem. 137. per tot. Gail. lib. 2. de pac. pub. ca. 11. nu. 25.* quando est in confesso vel extra dubium, secus si dubitatur, an sit? tunc ecclesiasticus cognoscit. *Bart. in l. Titia. nu. 7. ff. solut. matri. Panor. in d. c. cum sit. nu. 17. x. de for. compet. Cacher. d. loc. nu. 11.* communiter receptum, *Clar. d. quest. 37. num. 2. Barthol. V gelin. in tract. de Vsur. cap. 27. in prin. nu. 2.* qui & inter criminale & ciuile iudicium faciunt differentiam, quasi in hoc præmissa distinctio, in illo ad laicum, vel ecclesiasticum, constituto de delicto, pœna pertineat, sed non placet

placet Prospero Farina. tit. de Inquisit. quæst. 8. nu. 136. & seqq. quæ vide plene & satis distincte per quatuor conclusiones, & tandem concludentem, crimen vsurarum esse mixti fori, siue quæstio sit juris, siue facti, eamq; partem veriore[m] & in praxi receptam probat, & ante eum, Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 3. nu. 1. sequitur Tho. Michaël. de Iurisd. conclus. 40. vbi refert causam F. contra H. vsurarum ab ecclesiastico ad Cameram anno 92. esse deuolutam.

TITVLVS XVII

An Iudæis vsura permitti possit.

1. **V** Sura tanquam quid licitum permitti nequit.
2. **I**udæi utpote propter infidelitatem damnati ex simplici tolerantia potestatis vsuras exercere possunt.
3. **V**ti & libellum repudiij, ceremonias & superstitiones.
4. **P**rincipes statuendo vt nemo nisi certum aliquod accipiat, de superq; iudicando non peccant.
5. **Q**uod tamen cum moderatione pro commodo subditorum accipiendum.
6. **E**x eo quod pretium de quinq; sit infra centum, emptio non dicitur illicita.

V SURA non potest permitti tanquam res licita & vt desinat esse peccatum, ne quidem

- quidem ex dispensatione summi Pontificis, *c. super eo. x. de Vsur.* sed quia Iudæi foris sunt, nihil ad nos pertinentes, *c. gaudemus x. de diuort.* &
2. propter perfidiam siue infidelitatem iam damnati, *c. qui sincera dist. 45.* ex simplici tolerantia tam ecclesiasticæ quam ciuilibus potestatis, vsuras exercere possunt, quemadmodum ex *D. Thoma Caiet. Domi. Sor. Gabriel, & alijs* ostēdit *Pet. Vinsfeldt. in c. quanto. conclus. 3. x. de vsur.*
 3. non minus quam libellum repudij, ceremonias & superstitiones, *arg. d. c. qui sincera.* sic exercent in vrbe Romana & plurimis Ecclesiæ & Imperij terris, de quo extāt Bullæ Gregorij *XIII.* Sixti *v.* & aliorum pontificum, *Barthol. Vgelin. de vsur. cap. 2. §. 1. nu. 1. Thesaur. decis. 57. nu. 6. & seq. Vinsfeldt. d. c. quanto conclus. 6.* nec peccant Principes statuendo vt nemo nisi tantum accipiat, & iudicando desuper. *Vinsfeldt. ibid. conclus. 4. 7. & 8. Emanuel Sa. in Enchirid. Confessor. verb. Iudæus.* etiam citra auctoritatem pontificis. *Thesaur. d. decis. 57.* modo regalia habeant, *Vinsfeldt. d. conc. 8. & seq.* moderando tamen vsuras pro commodo subditorum, ne in nimium à Iudæis grauentur, & habito respectu ad copiam & inopiam pecuniæ, sicut & in pretio emptionis, annui redditus: quod ea consideratione per magistratum loci taxari debet. *Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 9. num. 6.* nec ex eo quod pretium de quinque, sit infra centum, emptio dicetur iniqua vel illicita. *Leonhard. Leß. de just. & iur. lib. 2. cap. 22. dub. 14.* cum plus & minus non differant specie, nec immutēt naturam cōtractus. *l. fin. ff. de fund. instrum.*
 6. Sed hisce humanis circa vsuras præceptis opus non

non

Opus non esset, si homines Spiritus sancti legibus & decretis, quibus creditæ pecuniæ usuræ condemnantur, & mutuum gratis proximo ob charitatem dandum iubetur si regi paterentur, Imp. Leo. Nonell, vt ad Trident. Vsur. pecun. mut. 83. teste Miard. lib. 2. cap. 72. nu. 11.

TITVLVS XVIII.

An Episcopus habeat jus carceris.

1. **I**N causis Ecclesiasticis & mixti fori Episcopus habet jus carceris contra clericos.
2. In casu necessitatis implorat brachium seculare.
3. 5. Contra laicum non habet jus capture, nisi eam facultatem præscripserit, vel vtramq; iurisdictionem habeat.
4. Contra laicum vtetur litteris requisitorijs ad iudicem laicum.

IN delictis ecclesiasticis & mixti fori, habet Episcopus ius capture & carceris contra clericum. *c. dilectis filijs. x. de appell. c. cum Episcopus. x. de offic. ordin. in 6.* nec implorat seculare brachium, nisi in casu necessitatis, quando eius potestas, propter clericorum rebellionem, non sufficit, vt est omnium sententia, juxta Couar. *præct. quæst. cap. 10. nu. 2. Vers. quarto fac. o. cum non ab homine. x. de iudic. an contra laicum, controvertitur, vt patet apud Lol. lord. in tract. de sed. Roma. origi. cap. 8. per tot. Iacob Sbrotz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 152. Couar. d. nu. 2. & magis verum & receptum asseritur, quod non. Clar. in §. fin. quæst. 37. nu. 8. Francis. Marc. quæst. 448. per tot. part. 1. sed*

C

vte-

vetur litteris requisitoriis ad iudicem laicum non præceptoriiis, *Couar. d. loc. nu. 1. & seq. per c. 1. & ibi gl. x. de offic. ord. in. Marra de Iuris d. Eccle. part. 2. cap. 52. nisi facultatem incarcerationandi præscripsisset. Clar. & Serez. d. loc. vel simul temporalem siue laicalem Iurisdictionem haberet, vti Episcopi in Germania, inf. tit. 20.*

TITVLVS XIX.

An in foro Ecclesiastico punitus in foro seculari iterum puniri possit.

1. **I**N foro pœnitentiæ pœnam sustinens, in foro fori aliam sustinere cogitur.
2. Imo in foro Ecclesiastico punitus à Iudice laico puniri potest.
3. Sententia in foro Ecclesiastico lata non parit exceptionem rei iudicatæ in laico.
4. Absolutus in foro Ecclesiastico seu pœnitentiæ non obstante documento absolutiōis potest accusari de nouo.
5. Nisi imposta pœna sit delicto commensurata.
6. Idq̄, propter authoritates Doctorum seruandum in praxi.

1. **I**N foro pœnitentiæ pœnam sustinens, in foro fori aliam sustinere cogitur. *c. admonere. 33. q. 2. gl. fin. in c. de his. x. de accusat. diuerso fine & effectu, illam, vt satisfaciat Deo. c. placuit. 21. q. 5. hanc vt reipublicæ. l. licitatio. §. illicite. ff. de public. quin amplius in foro ecclesiastico punitus iterum à iudice laico puniri potest. rex. in c.*

u. c. foelicis. §. per hoc. x. de poen. in 6. Gal. lib. 2. de pat. pub. cap. 11. nu. 25. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 6. Alciat. in c. dispendiosam. num. 128. & seqq. ubi hoc communiter receptum ait, x. de offic. ordinar. quia utriusque Jurisdictio distincta est, nec sententia in vna lata parit exceptionem rei judicatæ in alia, Clar. in §. fin. quæst. 57. num. 11. & 12. frustra itaque in foro poenitentiae vel ecclesiastico absolutus, documentum absolutionis producit, ea spe & intentione, ut & in foro externo & seculari absoluatur, cum eo non obstante, de nouo accusari & puniri possit, gl. cõmuniter recepta. in d. c. de hu. teste Clar. d. loc. nu. 10. & seq. Couar. d. cap. 10. num. 3. & 6. nisi poena per ecclesiasticum imposta esset sufficiens & delicto commensurata, Philip. Francus. in d. c. foelicis. §. per hoc in fin. Couar. d. num. 6. arg. l. rescriptum. ff. de hu. quib. ut indig. quod etsi ex eo, quasi per canonicam poenam non sit legi civili satisfactum, dubium reddat, & non verum existimet. Alciat. in d. c. dispendiosam num. 134. nihilominus propter auctoritates Doctorum in praxi seruandum dicit, & hoc indubitato quando delictum in utroque foro eandem poenam puta pecuniariam, & vterque iudex jus fisci, praefertim ad vnius principis bursam habet.

TITVLVS XX.

De seculari Jurisdictione Episcoporum.

E piscopus per se non habet secularem Jurisdictionem.

C a

2. Legatus

2. Legatus seu Nuncius apostolicus non habet secularem iurisdictionem.
3. Nisi ex defectu iustitiae secularis, vel Imperiali rescripto, vel partium consensu.
4. In Romana vel Episcopali curia causa definita per iudicium officia executioni demandanda.

1. **E**PISCOPVS tanquam Episcopus per se non habet secularem iurisdictionem, c. lator. x. qui fil. sint legit. c. si clericus. x. de for. compet. sicut nec Pontifex & Episcoporum summus, c. venerabilem. 34 x. de elect. c. nouit. x. de iudic. c. si duobus. §. deniq. x. de appell. c. causam. 7. c. per venerabilem, x. qui sint legit. Francif. Mar. quest. 234. num. 4. part. 1. Adam. Tanner. in defens. eccles. libert. contra Venetos lib. 2. cap. 8. plenissime. Robert. Bellarm. in cōtrouers. de Roma. Pontif. lib. 5. per tot. & in specie, cap. 4. multo minus eius Legatus siue Nuncius ad certam prouinciam destinatus. Francif. Mar. quest. 341. num. 2. & fin. quest. 350. & 362. nu. 3. part. 1. nisi ex defectu iustitiae secularis. c. licet. c. ex tenore. x. de for. compet. vel imperiali rescripto. auth. si quis. C. de Episc. aud. §. si quis contra. in fin. auth. de sanctis. eccl. col. 9. aut prorogatione & consensu partium, l. si qui ex consensu. C. de Episc. aud. sicut olim, priusquam in Germania Imperator continuo resideret, & summum illud Camerale imperii tribunal institutum, atque ita, prout nunc, stabilitum esset, inter imperii status & subditos, valde frequens fuit, causas etiam grauiissimas, in Romana vel alia Episcopali curia agere, prout adhuc de praesenti, nec immerito suspensa, ita proh dolor, in Germanico Imperio

rio, iustitia & secularium jurisdictione, cuius iudicium ratum est, eamque meretur reuerentiam quam secularibus necessum est deferri potestatibus & ne cassum sit, per iudicium officia definitioni executio tribuetur. *text. in l. Episcopale, cum auth. seq. & ibi Dd. C. eod.*

TITVLVS XXI.

An Episcopi secularem jurisdictionem habere possint.

- 1. **E** piscopus secularem jurisdictionem exercere potest.
- 2. Summus Pontifex habet jurisdictionem secularem in terris Ecclesia, Alijque Episcopi in Italia.
- 3. Plerique Episcopi in Germania habent iurisdictionem secularem.
- 4. Qui quoad Ecclesiastica summo Pontifici, quoad temporalia, Imperatori subsunt.
- 5. Tanquam Episcopi comparent ad Synodum, tanquam Principes ad comitia Imperij.

QUIN Episcopus iurisdictionis secularis sit capax, eamque non minus, quam ecclesiasticam habere & exercere possit, per integrum tractatum tradit, Pet. Bertrand. de iurisd. eccles. & secular. & signanter cap. 3. Item Bellar. d. lib. 5. cap. 9. & seq. Ad Knich. de iure Saxon. Verb. Ducum Saxonie. cap. 2. nu. 6. fac. c. fin. x. ne cler. immisc. sec. negot. vti habet & exercet summus Pontifex, c. si duobus. §. denique. x. de appel. sub patrimonio ecclesie, c. per venerabilem. x. Qui fil. sint legit. quod est in Italia, & Dd. passim terras Ecclesie

1.
2.



- nuncupant, Episcopus Bononiensis. *c. conque-*
stus. vbi & Panor. x. de for. compet. Albiganensis, *6.*
ex literis. x. de excess. pralat. & plerique Episcopi
 3. *in Germania. Gail. lib. 1. obs. 30. num. 1. & seqq. Tob.*
Paurmeisl. lib. 2. de iurisd. cap. 7. num. 92. cap. 8. num. 1.
Matth. Stephan. eod. lib. part. 1. cap. 5. lib. 3. cap. 14.
num. 10. sine qua, jamdiu sedibus suis vna cum
religione Catholica pulsi fuissent, vt recte a-
nimaduertit Bellarm. d. cap. 9. Vers. deniq. Quo-
 4. *ad spiritualia siue ecclesiastica summum Ponti-*
ficem, quoad temporalia siue regalia, Impera-
torem respiciunt, Gail. d. obs. 30. num. 8. & seq.
de pac. public. lib. 1. cap. 8. num. 8. Pet. Frider.
Mind. lib. 1. de process. cap. 22. num. 11. Francisc.
Marc. quest. 454. Octauia. Cacheran. decis. Pe-
dem. 30. num. 5. & seq. Matth. Stephan. d. num. 10.
 5. *arg. c. cum capella. x. de privileg. l. si consul cum*
seqq. ff. de adopt. tanquam Episcopi vocantur
& comparent ad Synodum, tanquam Principes
ad comitia imperii vt docent Concilii Triden-
tini, & comitorum imperialium acta.

TITVLVS XXII.

De regalibus Episcoporum Ger-
maniae.

1. **R**egalia vnde denominata & quid sint?
2. **R**egalia vnde denominata & quid sint?
Inferunt Ducatum seu Principatum Impe-
rii, & cum superioritate inuoluuntur.
3. Regalia tam Episcopis quam secularibus Principi-
bus ab Imperatoribus communicata.

4. Caro-

4. Carolus Magnus Imperium Romanum à Græcis ad Germanos transtulit.
5. Quot & quos fundauerit Episcopatus.
6. Acquisit. ius constituendi Pontifices & inuestiendi Episcopos.
7. Inuestitura quæ per annulum & baculum fieri solet, Pontifici, quæ per Sceptrum, imperatori cedit, ex compositione tempore Henrici Quinti ini-
ta.
8. Episcopi in Germania ab antiquo regalia ab Imperatore, vti adhuc receperunt.

REGALIA à Rege Romanorum siue Imperatore denominationem habent, & sunt iura ad eius excellentiam specialiter reseruata. §. Dadurch den/re. Reichs abtheil. de Anno 76 §. volumus, de pat. Constant. Dd. in 6. de regalib. in vsib. feud. vulgo, Königliche Lehen §. wir erkennen/re. cap. 24. Vom ampt der Churfürsten Aur. bull. Ducatum siue Principatum imperii ferre inferunt, & cum superioritate siue iure territorii, vulgo Landts vnd Fürstlicher Obrigkeit inuoluuntur, Georg. Obrecht. de iurisd. thes. 69. Matt. Steph. de ead. mater. lib. 1. cap. 2. nu. 29. lib. 2. cap. 7. par. 1. num. 203. Tho. Michael. conclus. 46. in alleg. non minus Episcopis, quàm secularibus principibus, antehac ab Imperatoribus distributa, siue cõmunicata, cuius beneficio siue liberalitate primo mei instituti nõ est examinare, Carolus Magnus qui Imperiũ Romanũ à Græcis ad Germanos trã ferri meruit, c. venerabilẽ x. de Elect. de uicta Saxonia decẽ, vel vt alii, octo fundauit Episcopatus puta, Bremẽ/Paderborn/Sildesheim/Münster

5. *Osnabrug / Minden / Halberstadt & Verden / & jus constituendi Pontifices & inuestiendi Epi-*
6. *scopos à 153. Episcopis in Synodo congregatis acquisiuit, c. Adrianus 2. dist. 63. sicut & postea Ortho primus, c. in Synodo. ead. dist. quod dum inter Pontifices & Imperatores disputari cœpit, tem-*
7. *pore Henrici Quinti, ita temperatū & cōpositum est, quod inuestitura, quæ per anulum & baculum fieri solet, Pontifici, quæ autem per sceptrum & regalia denotat in regno Theutonico, Imperatori cedere debeat, de quo extat bulla Callisti Papæ de anno 1122. nono Cal. Octob. apud Naucler. in Chron. lib. 2. gen. 38. & historicorum vtriusque religionis abundans testimonium apud Gerlac. Buxstorff. in Aur. bull. contl. 69. in alleg. sub lit. A. ita quod Episcopi in Germania ab antiquo regalia ab Imperatore tanquam alii Imperii Principes receperint, prout adhuc recipiunt, Aur. bull. cap. 24. d. loc. 9. Wir erkennen / S. Demnach wann die / r. Reichs ab-*
8. *scheid de anno 1500. Rub. 42. der teutsche Orden.*

TITVLVS XXIII.

An regalia impetrare possint sine confirmatione.

1. **A**firmariua sententia quodnam fundamentum?
2. In Hispania, Gallia, Polonia, Anglia constituuntur Episcopi sine auctoritate Pontificis.
3. Quid in successione tam Ecclesiastica quam seculari examinandum sit.

4. Iudex

4. Iudex Ecclesiasticus quomodo questionem successionis decidere debeat.
5. Canonice qualificati tantum ad regalia admittendi.
6. Responsa Imperat. Maximiliani secundi & Rudolphi secundi super concessione regalium.
7. Modernus Imperator Matthias Archiepiscopo Moguntino Ratisbona regalia contulit.
8. Confirmatio, non consecratio, ad regalia necessaria est.
9. In Hispania Gallia & Polonia reges nominant Episcopos, sed non nisi Catholicos.

REGALIA sine confirmatione (quæ jus Electionis & spirituale concernit, *sup. tit. 5.* & cum temporalitate nihil habet communionis) haberi posse pluribus exemplis remonstrare conatur Gerlac. Buxstorff. in *aur. bull. conclus. 18.* sicut & Episcopi in Hispania, Gallia, Polonia & Anglia per reges constituuntur, sine authoritate Pontificis, sed in contrariū, uti in seculari, ita & ecclesiastica successione examinari æquum est, an succedere volens sit verus legitimus & juxta mentem testatoris qualificatus successor? quod in seculari, ad secularem, in ecclesiastica ad ecclesiasticū pertinet judicem, qui de processu electionis, qualitate electi, & studio eligentium plene instructus, hanc questionem, per decretum confirmationis decidere solet, *c. postquam. c. per inquisitionem. c. nihil. c. innotuit. x. de Elect. c. auaritia. c. quam sit. x. de Elect. in 6.* & merito is, qui inqualificatus reperitur, ad regalia non admittitur: noluerunt enim Divi Imp̄p. qui Episcopatus in Germania fundarunt

- runt, dotarunt, & amphiarunt, aliter electos regalibus provideri, quam canonicè qualificados, Exiude Maximilianum II anno 1566. & Rudolphum II. anno 1590. recte respondisse traditur,
6. se hoc jus dandi regalia à maioribus accepisse, nec aliter dare posse, insequendo eorum vestigia, quam canonicè electis & confirmatis quod
 7. & modernus Imp. Matthias inuictissimus Anno 1613. 20. Augusti, cum Io. Suicardo Archiep. Moguntino, Ratisbonę in solio maiestatis daret regalia, expressè præsupposuit, sicut & defunctus Anno 1559 in concessione regalium Episcopi Monasteriensis, aliasque sapius, nec obstant exempla in contrarium allata, quia non faciunt differentiam inter consecrationem & confirmationem hanc non illam ad regalia, necessariam dicimus, nec inter generales & particulares imperii conuentus, de quibus infra. In Hispania, Gallia, & Polonia reges quidē nominant Episcopos, id non nisi Catholicos, nec nominati regalia habent, vti in Germania nec dignitatem Episcopalem administrant, priusquam à superiore confirmati fuerint, *arg. c. electis. c. cum longe dist. 63.* nisi religionem mutare, & regem caput ecclesię facere velint sicut Angli.

TITVLVS XXIV.

An ii qui sunt de Augustana confessione possint habere regalia sine confirmatione.

1. *Augustana confessio in Romano Imperio permissa.*
2. *Augustana confessionis professores à capitulis postulantur, eaq; administrant.*

3. Quo casu Ecclesiastica Iurisdictione suspensa est, sed minus legitime.
4. Augustanæ Cōfessionis ad dignitates Ecclesiasticas & annexa regalia nō habilitat quēquā.
5. Imo per hoc, quod quis à Catholica religione recessit, quis fit inhabilis.
6. Iurisdictione Ecclesiastica uti ius cōmune quoad ipsā confessionē Augustanam eiusq. ceremonias cessat.
7. Augustana confessionis professores Episcopatus occupantes, ad Imperij onerā obligantur.
8. Si eadem non solvant, fisco agente, in Camera condemnantur uti possessores, non uti veri Episcopi.
9. De possessore Archiepiscopatus Magdeburgensis.
10. Legatarius lucrum amans, & onus annexum recusans repellitur.

AUGUSTANA confessio, non minus
quam Catholica religio in Romano Im-
perio permessa est, ideoque eius pro-
fessores passim à Capitulis postulari, & à sub-
ditis recipi postulatos & receptos quiete admi-
nistrare & imperii onera sustinere videmus, or-
dinaria juris cōmunis dispositione, & Ecclesia-
stica Iurisdictione suspensa. §. So. soll auch/
Reichs abscheidt. de Anno 44. §. Damit auch/rc.
Religionsfried. de Anno 55. Vix satis legitime
quia per Augustanæ confessionis admissionem,
& capitularium electionem, ad dignitates Ec-
clesiasticas, & hisce annexa regalia minime
habilitantur, sed potius, per hoc quod à re-
ligione Catholica, recesserint, jam ante inha-
biles facti sunt, tam de jure communi. §.
sancimus, arch. de sanctis, Episcop. col. 9. §.
bis

- his igitur. auth. de ordin. Episc. & cleric. col. 10. Dd. inc. cū in cunctis. x. de Elect. quā pace religionis § Und*
6. *nach dem 2c. de anno 55. nec jus commune, aut ecclesiastica iurisdictio quoad hoc, sed quoad ipsam confessionem Augustanam, eiusque ritus & ceremonias, cessat, vt in d. §. dāmit auch/ 2c. Et*
7. *si interim Episcopatus occupent, ad imperii onera obligantur, cum res transeat, cum onere tributi etiam in fiscū l. fin. C. de collat. fund. fiscal. lib. 11. & ad huiusmodi onera quilibet possessor, et si illegitimus, teneatur, § dēnach solche 2c. Abs. de anno 48 Luc. de Pen. in l. fin. num 270. C. de quibus muner. lib. 10. quæ si soluant, sessioni & titulo dignitatis cedant, caute faciunt, nec est, qui agit & quis acturus sit? dubium esto, sin nō soluant, Fisco agente in Camera condemnantur tanquam possessores als inhabere der Stiffter/ non tanquā veri Episcopi, vel legitimi Administratores. Quo n. iure possessor Archiepiscopatus*
9. *Magdeburgēsis vult nominari Archiepiscopus & Primas Germaniæ, si nolit Pontificem, à quo hoc nomen habet, & canones, ex quibus honorem cum suis prærogatiuis sortitur. sup. tit. 1. & 5. ac fundatoris Otthonis Magni voluntatem, qua frui intendit, & primi illius loci Episcopi S. Adelberti religionem agnoscere? dum is hæres seu legatarius repellatur, qui lucrum amat, & onus ei annexum recusat, l. vnica: §. sed omnes C. de caduc. tollend.*

os(*) 20



TITV.

TITVLVS XXV.

An Episcopi temporalia sine regalibus recte administrant.

1. 3. **T**emporalia Ecclesiasticorum duplicia & quæ
& num 3.
2. *Quæ sunt Ecclesiastica Jurisdictionis sine regali-
bus statim post, imo in Germania ante confir-
mationem Episc. recte administrant.*
4. *Annus datur ad accipiendum inuestituram.*
5. *Sede Imperij vacante vel sub interregno Vasalli
excusantur.*
6. *Differentia inter Fahnen & Scepter Leben.*
7. *Modernus Archiepiscopus Coloniens. Archiepisco-
patu cum clausula successione 16. annis. rexit.*
8. *Refutatio differentie num 6. posite.*
9. *Quinam Principes sint ab Imperatore moderno
Ratisbone inuestiti.*
10. *Electo Saxoniae Augusta Vindelicorum quomodo
inuestitus.*

TEMPORALIA ecclesiarum sunt du- **1.**
plicia, aut quoad usum & administratio-
nem rerum ad Ecclesiam pertinentium,
c. cum venerabilis. x. de reliq. domib. & ea Episcopi **2.**
*recte administrant, sicut & ea, quæ sunt ecclesia-
stica siue spiritualis jurisdictionis, sine regali-
bus statim post confirmationem, c. auaritia. c.*
quam sit. x. de Elect. in 6. in Germania etiam ante, **3.**
*arg. c. nihil. §. cæterum. x. eod. supra tit. 5. aut quoad
superioritatem & temporalem jurisdictionem
in res & subditos, sandi vnd leuth zu regieren / &
non*

- non possunt sine regalibus *sup. tit. 22.* sicut nec
 seculares principes, nisi intra annum *Rub. 42.* det
4. Teutsche Orden/Reichs abscheidt de Anno 1500.
 §. Und behalten vns/te. de Anno 21. qui datur ad
 accipiendum inuestituram, *Tob. Paurmeist. de iu-
 risd. lib. 1. cap. 4. nu. 7.* vel indultum administrandi,
d. §. Und behalten. vel sub interregno, siue sede
 5. imperii vacante quādo vasalli excusātur, *Schrad.
 de feud. part. 6. cap. 2. nu. 24. part. 10. sect. 3. quast. 12.*
 & Vicarii non dant regalia, vulgo, Fürsten Fah-
 nen Lehen/*Aur. bull. cap. 5.* quamuis *Gerlac. Buxstot.
 in Aur. bull. conclus. 69.* faciat differentiam inter
 Fahnen & Scepter Lehen/quasi illa secularibus à
 6. solo imperatore iuxta Auream bullam dentur
 & hæc Ecclesiasticis à Vicariis dari possint, con-
 suetudine hoc ita probante, vbi in nouissimo
 Vicariatu à C. Episcopo. M. indultum loco inue-
 stituræ H. petitem & obtentum rescivisse asserit,
 quod si de Coloniensi Episcopo (qui jam ante
 7. tanquam Coadiutor siue Administrator, Ar-
 chiepiscopatum Coloniensem per sedecim an-
 nos cum clausula successionis ex nunc prout ex
 tunc de beneplacito Pontificis & Imperatoris,
 quiete rexit) intelligat, multum aberrat, & male
 rescivit, cum inter acta Vicariatus nec hoc, nec
 8. aliud indultum reperiat, nec subsit ratio di-
 versitatis quare Vicarii magis dare possint rega-
 lia per Sceptrum, quam per vexillum, cum idem
 dent, hoc est, Ein Fürsten Lehen. Ergo & idem
ius, l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obligat.
 nec id quod de diversitate formæ adfert, satis
 certum habet, vbi aliud viderit, aliud docebit,
 eandem esse formam, vti docuit, experientia

hoc

ho
gu
&
Fe
Hi
Ma
cep
lib
tif
mi
mi
no
ho
xo
lit

A

1.
2.
3.
4.
5.
6.

hoc Anno 1613. quando Ioann. Suicardus Moguntinus, Lotharius Treuirensis Archiepiscopi & Ludouicus Landgravius Hassiæ in persona, Ferdinandus Archiepiscopus Colonienfis, Rex Hispaniarum ratione Ducatus Mediolanensis, Maximilianus Dux Bauariæ, Christianus Princeps Anhaltiæ & plures alii per legatos de regalibus Ratisbonæ per Imperatorem sunt inuestiti sub tecto, in aula Episcopali, loco residentiarum multis conspicientibus nihil dicam, öffentlich mit sollemniteten/d. S. vnd behalten vns / de Anno 27. sub diu & theatro publice in foro ad hoc constructo prout Anno 66. Elector Saxoniarum Augustæ Vindelicorum dicitur inuestitus.

TITVLVS XXVI.

An sine regalibus habeant sessionem & votum in comitiis imperii.

1. *Seculares Imperij Principes sine regalibus ad comitia non admittuntur.*
2. *Rex Bohemia non habet sessionem ad latus Imperatoris, nisi sit vnctus & coronatus.*
3. *Multo minus Principes Ecclesiastici.*
4. *Etiam seruiente termino ad accipiendam inuestituram.*
5. *Nondum iuramento obligatus non recte ad consilia Domini admittitur.*
6. *Ad comitia Imperij non conscribitur nisi iuratus.*

Cum

1. **C**VM seculares imperii Principes sine regibus vel indulto minime admittantur
Tob. Paurmeist. de Iurisd. lib. 1. cap. 4. nu. 7.
2. juxta consuetudinem hactenus ab immemoriali tempore obseruatam, sicut nec Rex Bohemiae habet sessionem ad latus Imperatoris, nisi sit vnctus & coronatus, *Aur. bull. cap. 4.* multo minus ecclesiastici, ex specialibus Frederici tertii cum Pontifice concordatis, vt ferunt, *Matth. Stephan. de Iurisd. lib. 2. cap. 4. part. 1. nu. 77. Thom. Michaël. de Iurisd. conclus. 138. And. Knichen. de Iure Saxor. Verb. Ducum Saxonie. cap. 2. nu. 11.* vel ex eadem ratione & obseruantia, qua seculares. *Paurmeist. c. loc.* etiam seruiente adhuc termino juris
3. ad accipiendum inuestituram, Etsi enim intra illum, feudum non fiat caducum siue apertum, *c. imperialem §. praeterea de prohib. feud. alienat. per Fred. c. 1. Quo temp. mil. inuest. per. in vsib. feud.* is tamen qui domino nondum est iuramento obligatus, non recte ad eius secreta consilia adhibetur, *arg. tit. quid praeced. deb. & tit. de for. fidel.* nec ad Comitum Imperii conscribitur, nisi juratus,
4. bey dem aidt vnd pflichte damit er Ihr Kays. Mayest. vnd dem Heil. Römischen Reich zu gethan/ & ex ea ratione legati Ducis Wirtenbergensis Anno 1608. sub Comitibus mortui, etiamsi à nouo Duce nouum producerint mandatum, ad decretum Archiducis Ferdinandi in
5. Graß tunc temporis Caesarei Commissarii à consiliis abstinerunt.

TITVLVS XXVII.

An in particularibus Imperii conuentibus?

1. **S**ine regalibus nemo admittitur ad Conuentum Visitationis Camerae nec Reuisionis.
2. Ad conuentum reuisionis non admittitur omnis habens votum in comitijs.
3. In conuentu deputatorum Imperij sine regalibus nemo admittitur.
4. Ad Electionem Regis Romanorum an & qualiter quis sine regalibus admittatur.
5. Quo intuitu sede vacante sine regalibus admissi fuerint.
6. Si ratione administrationis Electoralis sit differentia, quomodo admittantur.
7. Quis admittatur ad dies circulares, si de Imperij secretis tractetur.
8. Quis, quando de priuatis alicuius circuli tractatur.
9. Quod in priuatis circuli conuentibus agitur, Imperio non præiudicat.

NON in conuentu visitationis Camerae Imperialis, quia nemo ad visitationem admittitur, nisi habeat votum & sessionem in consilio imperii. *ord. Camer. part. 1. tit. 50. nec reuisionis, quæ visitationi cohæret, ead. ord. part. 3. tit. 53.* ad quam nec omnis, qui sessionem & votum in comitijs habet, sed juxta designationem anno 1566. Augustæ in comitijs placitam vocatur, Non in conuentu deputatorum imperii, quia non alius deputari solet, quam qui sit in comitijs præsens, vel votum ha-

D bea 9

- beat. An ad Electionem regis Romanorum admittantur magis dubitatur, sed quia Iuramentum per mortem Imperatoris fere relaxatum renouari nō potest, nisi post Coronationē & solennia aulæ §. *Darnach* / cum seq. Aurea Bulla cap. 24. Electores jurando priuatas quas inter se habent pactiones, & vniones in vim bullæ aureæ, & Cæsareæ capitulationis permissas non tantum sibi inuicem, sed & Imperatori & Imperii constitutionibus obligantur, ita quod aureæ bullæ satisfecisse & ad electionem idonei reputari possint, Eoque intuitu, Anno 1562. Fredericus Comes à Weda anno 1612. Ferdinandus Bauariæ Dux, Archiepiscopi Colonienses facilius admissi fuerūt, præter quod vterq; Imperatoris indultū habuit, & hoc posteriori casu imperiū fuerit vacans, sicut & tempore Wichhol-di Archiepiscopi Coloniensi, *de quo Buxstorf.* defecerit qui regalia daret, vt *rit. 25. d. conclus. 18.* & exinde. Sin autem ratione administrationis
6. Electoralis sit differentia siue lis, non prius admittitur, nisi habito decreto ab Imperatore, vt *Bipontinus* contra *Neoburgicum*, ratione administrationis *Electoatus Palatini* anno 1611. *Norimbergæ* non aliter quam ad decretum Imperatoris *Rudolphi* sine regalibus, vel alio indulto in conuentu Electorum admissus fuit, ad conuentum siue diem circulare, vulgo *Craißtag* in quo sessura Imperii discrepat, *And. Knich. de Iure Saxo. verb. Ducum. cap. 2. num. 102.* si de salute Imperatoris, & secretis imperii tractatur, is admittitur qui imperio specialiter obligatus est, & in comitiis tanquam imperii Princeps agno-

agnoscitur, sin de priuatis illius circuli & subditorum, vtpote de probatione monetæ, wie auff 8.
 probation tåg/vel similibus negotiis, is, qui habet possessionem Ducatus & subditos in obedientia, ita, quod conclusum ad effectum deducere valeat, admitti potest, & licet id quod agitur, ob fauorem subditorum manuteneatur, arg. eorum qua tradunt Dd. in c. nihil. x. de Elect. l. Barbarius ff. de offic. præsid. l. si arbiter. C. de sent. & interloc. om. iud. Imperio tamen & aliis interessentibus nihil præiudicat, vti nec acta, 9.
 per intrasum gesta, etsi ob bonum publicum ratificata, vero prælato siue domino in suo iure, eiusque prosecutione nocent, gl. & Panor. in d. c. nihil. c. ex literis. c. consultationibus. x. de iure Patron.

TITVLVS XXVIII.

An habeant Iurisdictionem in causis sanguinis poenam inferentibus.

1. **E** piscopi in Germania habent Iurisdictionem in causis sanguinum sed non exercent.
2. Quare non exercent.
3. Exercentes irregularitatem incurrunt.
4. Is qui ad consolationem justificandi venit, non peccat.
5. In curiis Principum sollicitudo circa poenam sanguinis laicus committitur.

E PISCOPi habentes temporalem Iurisdictionem habent & in causis sanguinum, 1.
 D 2 fed

- sed non exercent, *c. fin. x. ne cleric. immisc. se secul. negot. cum clericis in sacris ordinibus, et si minoribus, constitutis, non liceat ex Concilio Tolentino iudicium sanguinis agitare, c. clericis. vbi Panor. x. eod. c. his à quibus. 23. q. 8.* nec sententiam dictare, aut proferre, literas pro vindicta sanguinis destinandas scribere, sanguinis vindictam exercere, aut vbi exercetur, interesse, *c. sententiam. x. d. tit. ne quidem ex delegatione siue commissione Principis secularis. c. in Archiepiscopatu. x. de raptor.* Et si aliud quis tentauerit, irregularitatem incurrit, & ab ecclesiastico ministerio semouetur, *c. ex literis. x. de excess. prelat. c. sed nec. c. clericis. x. ne cler. immisc.* quantumuis iuste sanguinem profuderit, vti in bello contra Turcas & Saracenos. *c. si petitio. x. de homicid.* vel laicus tanquam iudex, aduocatus, accusator vel testis, iuste iudicando, aduocando, accusando, vel testificando sanguinem profundi curarit, is sine culpa & peccato irregularitatem incurrit, adeo vt sine dispensatione non possit ad ordines promoueri, *c. si quis viduam. dist. 50. c. 1. vbi gl. dist. 51. Panor. in d. c. sententiam. nu. 3. Couar. in clem. si furiosus. part. 2. relect. §. 4. num. 11. Nauar. in manual. cap. 15. num. 4. & cap. 27. num. 210. & seq.* quomodo autem in eo, & per quem quoad ordines susceptos & suscipiendos, ac beneficia dispensetur. vide *Couar. d. loc. §. 3. num. 3. & seqq.* Interim is, qui ad consolationem iustificandi, ne veniat ad desperationem, est præsens, vti in multis locis fieri solet, nihil peccat, nec is, qui sine ope, auxilio & fauore interest, fit irregularis, licet peccet contra. *d. c. sententiam. vt ibi Panor. num. 6. & in. 6. ex literis. nu.*

2. x. de excess. pralat. prout nec pecunaria pœna
 mulctans, vel etiam flagella infligens, ea mo-
 deratione adhibita, ne in pœnam sanguinis
 transire videantur. d. c. in Archiepiscopatu. nec is,
 qui mandatum vel consilium dat, fures esse pu-
 niendos, gl. in d. c. ex literis. verb. consuluit. nisi ex
 eo solo, pœna sanguinis sequatur, tunc non fa-
 tistutum est, vt ibi Panor. num. 5. vnde in curiis
 principum hæc sollicitudo non clericis, sed lai-
 cis committi solet, d. c. sententiam. puta consilia-
 riis, vt docet experientia, vel aduocatis. Zas. in l.
 Imperium. nu. 29. ff. de Iuris. om. Iud. q. quibus sine
 metu irregularitatis, ad hoc, vt veritatem super
 delictis inquirentes, Iustitiæ debitum exequā-
 tur, per Episcopum recte committi potest. c. fin.
 x. ne cler. immisc. se secul. neg. in 6. Gail. lib. 1. de pac. pub.
 cap. 6. num. 12. & 25.

TITVLVS XXIX.

De Aduocatis siue Patronis Eccle-
 siarum.

1. **A**duocatus & Patronus equiuoca, hic ex do-
 tatione ius metiuntur.
2. Vel ex consuetudine obseruantur & præscri-
 ptione.
3. Qui sint Patroni.
4. Imperator dicitur Ecclesiarum protector.
5. Quod ad defensionis subsidium inuentum, non est
 ad depressionis dispendium retorquendum.
6. Quid Patronis Ecclesiarum agendum.
7. Contrauenientes quomodo compescendi.

1. **A**DVOCATVS & patronus æquiuoca sunt nec vere definiiri possunt, *Roch. de Curt. In rrasf. de iure patro. cap. 1. num. 2. & 5.* in nostra materia ex fundatione & dotatione jus metiuntur, de quo *x. de iur. patron. vel ex consuetudine, obseruantia & præscriptione. And. Knich. de iure territ. cap. 4. num. 106. & seq. Fob. Paurmeist. de iurisd. lib. 2. cap. 9. num. fin. fac. c. generati. x. de ele. in 6.* propè sunt, ecclesiarum defensores, *Vogt schus vnd schirm herr / c. saluator. vers. in nomine, l. 9. 3. c. in quibusdam. x. de pœn. maxime Monasteriorum, Zas. in consil. 7. nu. 6. 7. & 15. vol. 2. vel iudices in causis criminalibus, Idem in d. l. impedit. num. 29. ff. de iurisd. om. jud. ob timorem irregularitatis de quo in tit. præced. Βοxβηα græca vox est latine administrationem & auxilium denotat, Knich. d. cap. 4. num. 98. sicut & vernacula vox, Vogt est aduocatiã & defensionem *Zas. consil. 7. num. 14. & seq.* hinc Imperator dicitur ecclesiarum protector & defensor, *clm. Romani. x. de iure iur. rechter Vogt vnd schirmherr der Christlicher Kirchen / §. nach dem wir vor augen / r. Reichs abscheidt. de anno 1512. §. aber Churfürsten r. de anno 41.* Quisquis sit, non debet, id, quod ad defensionis subsidium est inuentum ad depressionis dispendium retorquere, *d. c. in quibusdam. c. præterea. 23. x. de iure patro.* quin ab eius abusu sic prudenter abstinere, & suos ministros in eis faciat sollicite abstinere, quod ea, quæ non pertinent ad fructus siue redditus non vsurpet, nec bona cœtera quorũ habet custodiam, dilabi permittat, sed in bono statu conseruet, *d. c. generali. x. de elect. in 6.* moderatis redditibus ab Episcopo institutis contentus, *d. c. præterea.**

prætera. Et si secus faciat per seueritatem canonicam compescetur, *d. c. in quibusdam.* quæ si non sufficiat, auxilium siue brachium seculare erit 7.
 implorandum, *c. ad abolendam. x. de hæret.* & tanquam aduocatiæ inordinate tractans beneficio priuandus *c. 1. §. quicumq; & ibi Dd. de pac. tenen. in vsib. feud.* nec aliter quam ad ecclesiæ utilitatem potest laicus, etsi fundator de spiritualibus & semel Deo dicatis bonis disponere, vel sibi plus adscribere quam tempore foundationis ab Episcopo loci specialiter fuit reseruatum, *text. inc. prætera. 23. x. de iure patron. plene Schurff. conf. 48. nu. 11. & 14. cent. 1. fac. cle. 2. de religios. dom. c. eccles. S. Mariæ. x. de constit. c. 2. x. de reb. Eccles. non alienandis in 6. Zas. d. conf. 7. nu. 5. & 7. vol. 2.*

TITVLVS XXX.

De legatis apostolicis.

1. **Q**uot legatorum genera & qui legati de latere.
2. **Q**ui simpliciter missi?
3. **Q**ui nati?
4. **Q**uæ natorum authoritas?
5. **Q**uam etiam habent in præsentia legati de latere si is sit continuus, Quid, quoad quasi transeuntem?
6. **I**us legatorum natorum, uti Ecclesiis in hærens & perpetuum, morte Pontificis non expirat.
7. **N**ec speciali commissione indiget.

TRIA sunt Legatorum genera *c. 1. c. pen. & ibi Dd. x. de offic. legat. c. 1. x. eod.*

D 4 in 6.

- in 6. Aut sunt missi siue legati de latere summi Pontificis, & proprie sunt Cardinales. *c. eminentiam. 20. x. de sent. excom.* nisi quod deest Cardinalatus dignitati, oraculum viuæ vocis & voluntas Pontificis suppleat. *10. VVames. consil. 42. num. 3. vol 1. Specul. in tit. de legat. §. sequitur videre in princ.* aut sunt simpliciter missi à Pontifice, ad
2. tempus aliquod, & certam prouinciam, & horum potestas minor est, *d. c. pen. & ibi Dd.* Aut
 3. sunt nati, qui legationis munus, dignitati Ecclesiarum annexum habent, *d. c. 1. & c. pen.* ut in Anglia Archiepiscopus Cantuariensis. *d. c. 1. Eboracensis. c. 1. x. de appell.* in Gallia Remensis, in Italia Pisanus, *Franc. d. c. 1. num. 10. de offi. legat. in 6.* in Germania Coloniensis, *Alciat in sua prax. in Rub. triplices legat.* & Saltzburgensis, quorum authoritas magna & eximia est, *ut ibi Spec. & Alciat.* Audiunt vniuersas causas, quæ per appellationem vel querimoniam à subditis suorum suffraganeorum ad suam audientiam deferuntur, sicut alii vices Pontificis in prouincia gerentes. *d. c. 1. de offic. legat.* etiam in præsentia legati de latere, iuxta *Anth. de But. Card. Imol. teste 10. Brunel in tract. de dignit. & potest. legat. conclus. 17. declar. 1. & 2.* quando is est continuus & quasi perpetuus in ea prouincia, ne jus legationis natæ sit inutile, ut in simili pro legato de latere, *cum Panor. ibi arguit Brunel.* alias quoad momentaneum & quasi transeuntem, officium suum ob reuerentiam sanctæ sedis Apostolicæ, facile dimittent, eoque modo, *c. volentes. x. de offic. leg. & rescriptum Pōtificis,* hoc innuēs intelligitur,
 6. Et quia istud ius ecclesiis inhæret, *d. c. 1. c. pen. x. h. s. rea-*

h.t. reale & perpetuum est, morte Pontificis non expirat, *Pet. And. Gamb. de auth. leg. de lat. in prin. num. 9.* nec speciali commissione indiget, alias potius datum, quam natum siue inhærens diceretur.

TITVLVS XXXI.

De Iure & Iurisdictione Capituli
sede vacante.

1. **C**apitulum sede vacante non potest beneficia conferre.
2. Habet administrationem omnium bonorum.
3. Ea qua sunt ordinis alicui Episcopali dignitate fulgent committere debet.
4. Quam vltterius habeat iurisdictionem.
5. Comparet in comitiis Imperij per deputatos, & suo ordine votum dat.
6. Idque intra terminum Iuris ad Electionem constitutum.

CAPITVLVM sede vacante, non potest beneficia conferre, *c. 2. x. ne sed. vacant.*
Gail. lib. 1. obs. 30. num. 11. nec interesse iudicio, *c. constitutis. x. eod.* nec valide contrahere, *gl. in c. 1. verb. sede vacante. x. eod.* nisi faciēdo rem meliorem, & obligando sibi alium, vt ibi *Hostiens. in sum. num. 1.* nec aliud quid facere vel ordinare in præiudicium futuri Episcopi. *c. 1. §. attendentes.*
 & *tot. tit. x. ne sed. vac.* habet tamen omnium bonorum, tam diuisorum quam communium administrationem, *Philip. Franc. in c. 1. num. 10. x. d.*

- tit. in 6. de qua nouo prelato reddet rationes, Menoch. de arbit. iudic. cas. 209. nu. 8. etiam Spiritualium c. cum nullus. x. de temp. ordinat. lib. 6. Franc. d. c. 1. nu. 9. modo ea que sunt ordinis, alteri Episcopali dignitate fulgenti committat, Panor. in c. his que, nu. 3. x. de maior. & obed. habet & omnem jurisdictionem, cuius est capax, c. irrefragabili. x. de offic. ordinat. c. cum alim. c. his que. x. de maior. & obed. Gail. d. obs. 30. nu. 10. audit & delegat causas, Hostiens. in sum. nu. 4. officialem siue Vicarium in jurisdictionibus continuat. Pet. Rauen. in compend. Iur. cano tit. de offic. Vicar. ad scriptum Imperatoris in comitiis imperii per suos deputatos comparet suo loco & ordine votum dat, Pet. Frider. Minda. lib. 1. cap. 19. nu. 7. vti in comitiis huius 1613. anni, Capitulum Ratisbonense & antehac anno 1541. Capitulum Verdense & Frisingense, anno 1555. Mindense, anno 1570. & 1576. Halberstadense, item in visitatione Camera imperialis Monasteriense, quemadmodum ea in fundamentali illa grauaminum imperii, resolutione moderni inuictissimi Imperatoris anno 1603. conscripta plenius, partim & in recessibus imperii inter subscriptiones reperiuntur, & in se parum difficultatis parant, intra terminum juris ad electionem constitutum, eo autem elapso, vel indigno electo, Capitulum juxta canonicas sanctiones ulterius non auditur, c. cum in cunctis. §. cleric. c. innotuit. c. cum vitonensis. c. ne pro defectu. x. de Elect. c. quanquam. x. eod. in 6. eaque consideratione anno 1603. legati Capituli Magdeburgensis ad comitia forte per errorem conscripti aliasque sæpius & alii honeste remissi sunt, & rectius informati vltro cesserunt.

TITVLVS XXXII.

De suspensione ecclesiasticæ Iuris-
dictionis.

1. **E**cclésiastica iurisdictionis quoad Augustanans confessionem eiusq; ritus suspensa.
2. Non quoad bona, nec quoad personas quæ sunt Catholica religionis.
3. Canonicorum vel Monachorum professionem deserentium, beneficia aliis conferri possunt.
4. Destructi collegii bona per ordinarium Ecclesiasticum ad alias pios causas applicanda.
5. Non per principem secularem licet fundatorem, ne quidem ex concordata religione.
6. In religione perseuerantes, cum sequela bonorum alio migrare possunt.
7. In territorio Catholici Principis, multo minus in proprio ipsius Episcopi, ubi temporalem habet Iurisdictionem, ea suspensa est.
8. Si subditi nolint se religioni Domini accommodare, habent beneficium migrandi.

ECCLÉSIÁSTICA iurisdictionis in vim
1. pacificatæ religionis anno 1555. des Re-
ligionsfriedens. §. damit auch/ suspensa est,
quoad Augustanam confessionem, eiusq; mini-
steria, ritus, ordinationes & ceremonias non
quoad bona & redditus, aliosue casus, vt ibi nec
quoad personas, quæ sunt Catholica religionis, 2.
Adri. Gylman. lib. 2. rer. iud. decis. 58 nu. 14 vti cõside-
ratũ fuit in causis Wormbs contra Wormbs &
Wimpffē/ Cölln cõtra Wormbũ/ Augspurg contra
Donau

3. Donawerth/vbi canonici vel monachi professionem deserunt, eorum beneficia, eis, ad quos de jure vel consuetudine pertinet, aliis conferenda relinquuntur. §. Vnd nach dem/Vers. also/2c. Religionfriedt. destructo collegio bona per ordinarium ecclesiasticum, ad alios pios vsus applicanda veniunt. *Panor. in c. recolentes. num. 3. x. de stat. monach.* etiam si fuerint exempti, *cle. 2. de religios. domib.* non per Dominum seu Principem secularem illius loci, etsi fundatorem, aduocatum vel patronum, *Schurff. Consil. 48. Cent. 1. sup. tit. 29.* ne quidem ex concordata religione; cum §. Dieweil aber etliche / de bonis tunc temporis applicatis, non in futurum applicandis intelligatur, vt constat ex rationibus Anno 1555. adductis, vide prothocola, vbi in religione perseverant, pro maiori securitate, & liberiori religionis exercitio, cum sequela bonorum & fructuum, ne sint deterioris conditionis, quam laici, alio migrare possunt. §. Der gleichen sollen/2c. Reichs abscheide de anno 44. §. dagegen sollen/2c. de anno 55. Similiter non est ecclesiastica Iurisdictio suspensa in territorio Catholici Principis, siue secularis, siue ecclesiastici, sine tamen præiudicio secularis Iurisdictionis, ad quam pro qualitate delicti & cognitio, vt *sup. tit. 15.* & executio pertinet, *Clar. in §. heresis nu. 4. tit. 13.* vti palā est in causis *Bayern. contra Ortenberg.* multo minus cessat in proprio territorio ipsius Episcopi, vbi temporalem habet iurisdictionem, vti disputatum in causa *Drolshagen*/qui prolem aliter curarat baptizari, quam Catholice, contra *Münster/Adrian. Gylman. lib. 1.*
- Sym.

Symph. tit. 3. de pac. relig. vot. 15. Iust. Spreng. in tra. de pac. relig. cap. 6. & cōclusum in causa quatuor ciuium Treuirensium, quibus ab Archiepiscopo mandatum fuit, vt sub vna specie communicarent, Adrian. Gylman. in quest. contro. siue decis. 8. Camer. Verb. Religionfried / & si subditi nolint voluntati & religioni domini se accommodare, habent beneficium, etsi flebile, cessionis siue migrandi, iuxta §. Wo aber vnserer/c. Religionfried / de anno 55. quod respectu eorum non est voluntatis vt autumat, Pet. Frider. lib. 1. cap. 30. num. 2. & post eum, Tho. Michaël. de Iurisd. conclus. 49. sed necessitatis, vti iudicatum anno 66. 20. Martij, & in causa inter Petrum Pergentz. & Episcopum Leodiensem, Item anno 90. 6. April. in eisd. decis. Verb. mandata de migrando & ad tollendum hoc dubium pacto religionis inserta sunt, Verb. Stende des Reichs / quibus permillum est, religionem mutare, non subditis, vide acta, & hinc inde anno 55. producta.

TITVLVS XXXIII.

De Iuribus ordinariis Episcopi.

1. **E** piscopo ex iure communi debetur quarta decimarum, oblationum, legatorum Ecclesia & mortuuariorum.
2. Dicitur portio canonica, qua quandoq; aucta fuit pro necessitate.
3. Debetur etiam procuratio ratione Visitationis, Item Synodaticum siue Cathedraticum.
4. In Archiepiscopatu Colonienfi quid pro mortuario soluatur.
5. Quomodo & de quibus bonis clericus testari possit.

6. Si intestatus decedat, quis succedat.

1. **E**X jure communi debetur Episcopo quarta decimarū, *c. conquerente. x. de offic. ordinar. c. de quarta. x. de præscript. quarta oblationum, c. concessio. c. quatuor. 12. q. 2. d. c. de quarta. quarta legatorum ecclesiæ & mortuorum siue relictorum occasione funerum, d. c. conquerente, Iacob. Sbroz de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 48. Co-uar. in c. officii. nu. 1. x. de testam. & dicitur portio canonica, c. requisisti. Vers. secus. c. fin. x. eod. aliquando fuit medietas, c. relatum. x. de sepult. c. de his. c. antiquos. 10 q. 1. aliquando tercia, c. 1. x. de sepult. juxta Episcoporum necessitatem. gl. in d. c. de his. & diuersas locorum consuetudines, d. c. requisisti. c. certificari. x. de sepult. debetur & ratione visitationis procuratio siue sumptus, d. c. conquerente. sup. tit. 11. Item pro honore ecclesiæ synodaticum siue cathedraticum, quod est duorum solidorum, d. c. conquerente. à qualibet ecclesia, vt ibi gl. Panor. & alij per c. placuit. 10. q. 3. sed hæc & similia iura in quibusdam Germaniæ locis fere cessant, & alia subordinata reperiuntur, in Archiepiscopatu Coloniensi ex more & speciali conuentione cum clero inita pro mortuario soluitur minor portio, Statut. de anno 1536. part. 13. cap. 12. fol. 404. quanta pro approbatione testamenti clerici intra triginta dies à morte facienda, vt ibi cap. 10. reperies apud examinatore, Quomodo autem & de quibus bonis clericus testetur, vide in c. quia nos. & c. relatum. 2. x. de testam. si concubinæ quid relinquat, succedit Fiscus. Mart. de iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 114. nu. 9. & seq. si intestatus moriatur, quis*
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.

quis succedat, *in c. 1. x. de success. ab intest. juxta Statuta Colonienf. eius bona, præter patrimonialia, quæ hæredibus cedunt, deducto ære alieno & funeralibus in piam causam pro defuncti animæ salute convertentur, ibid. cap. 11.*

TITVLVS XXXIIII.

De charitatiuo subsidio.

1. **E** piscopus iuribus ordinariis contentus præter moderatum auxilium nihil exiget.
2. Quod charitatiuum subsidium dicitur, & quid sit.
3. 4. Idē, clerus non soluit nisi ex rationabili causa, & quanam ille.
5. In quibus charitate desinente, potestas incipiet, quam Episcopus adhibere potest.
6. Sine Pontificis auctoritate.

E PISCOPVS ordinariis iuribus contentus, amplius nihil ab Ecclesiis exiget, præter moderatum auxilium juxta formam concilii Lateranensis cum charitate postulandū, *c. conquerente. x. de offic. ordinar. c. cum apostolus. §. prohibemus. x. de censib. & ideo dicitur subsidium charitatiuum, vt ibi Dd. & est quod clerus Episcopo subditus & ad dioccesin pertinens, Statut. prom. Colo. fol. 518. soluit, non laicus qui proprie subditus non est, nec ad hoc subsidium tenetur, Remig. Go. in tract. de charit. subsid. quest. 45. nec clerus aliter soluit quam ex manifesta & rationabili causa, d. c. conquerente. & d. §. prohibemus. vt si Episcopatus sit multum ære alieno grauatus, adeoque tenuis, vt ad Episcopalem statum honestè*

1
2.
3.

- honeste non sufficiat, vel Episcopus ire velit, ad
4. Concilium generale, ad Papam seu regem pro communibus negotiis, *Panor. in d. c. conquerente. num. 2. reluere annatas & Bullâ confirmationis, Boer. decis. 136. num. 1. & 6. pallium, Adrian. Gylman. in Symphor. part. 2. vol. 2. num. 1. imperii contributiones, aliasque necessitates, Statut. Colon. d. fol. 518. plures causas, vide apud Remig. Gonnij. d. tract. quest. 5. 19. & 34. & si in eis charitas desinat, potestas incipiet, quam ipsemet Episcopus contra clerum renitentem per censuras adhibere potest, *Panor. in d. c. cum apostolus. nu. 5. Boer. d. num. 1. & seq. sine Pontificis autoritate, quæ ad hoc non ita necessaria est, quam ad collectas per laicos clero imponendas, c. non minus. c. aduersus. & de iure immunit.**

TITVLVS XXXV, De Vicario Episcopi.

1. **V**icarius Episcopi quotuplex? & quis in Pontificalibus.
2. **Q**uis in Spiritualibus? quod eius officium, & numero 3.
4. **Q**ui in Iurisdictionalibus? cuius Iurisdictio est ordinaria.
5. **E**tiam in causis secularibus, vbi Episcopus vtramq; Iurisdictionem committit.
6. **A**d Ecclesiasticam Iurisdictionem Ecclesiasticus & qualis? ad secularem laicus deputatur.
7. **Q**uod cuiusq; officium.

1. **V**ICARIVS Episcopi triplex est, aut in Pontificalibus & is, quia ea, quæ sunt ordinis, expedit,

expedit, titulo Episcopali insignitur, c. quod se-
dem, vbi gl. & Dd. x. de offic. ordinar. vulgus, suffra-
ganeum, & Weihe bischoff appellat, aut in spiri-
tualibus, qui expedit, & administrat spiritualia,
dando licentiam ad ordines, c. cum nullus. x. de tēp.
ordin. lib. 6. quam tamen & ab officiali datam, me-
mini. fac. Stat. prouinc. Colo. de anno 1536. part. 1. cap.
29. fol. 347. dispensando, admittendo permuta-
tiones in Archiepiscopatu Coloniensi, sub sigil-
lo Officialatus, saluo iure Cancellariæ, quæ habe-
bit de qualibet permutatione vnum florenum
superiorem. Stat. prouin. Colo. fol. 258. itē vniones
& his casus similes, in quibus inquisitionem, &
sine figura & strepitu iudicii cognitionem præ-
mittere debet, ne cum alterius iniuria expedian-
tur, et si is cuius interest, iuri se offerat, ad Officia-
lem fit remissio. Aut in jurisdictionalibus
siue casibus justitiæ, contentiosis quem Offi-
cialem nominamus c. 1. & 2. x. de offic. Vicar. in 6. c.
romana in princ. x. de appell. eod. ordinariam habens
jurisdictionem, d. c. 1. & 2. vbi gl. & Dd. Franc. Mar.
quæst. 317. nu. 7. part. 1. Rot. decis. 1. nu. 2. x. de offic. Vica.
in no. & est communis Dd. opinio Iacob. Sbrotz. in
tract. de offic. Vica. quæst. 55. nu. 9. & seq. lib. 2. etiam
in causis secularibus, vbi Episcopus vtramq; ha-
bet iurisdictionem, eidem committit, vti Ar-
chiepiscopus Coloniensis, vide tenorem com-
missionis & Stat. prouinc. fol. 259. & 265. sed in aliis
pluribus Germaniæ locis iurdictio distingui-
tur, ad ecclesiasticā ecclesiasticus siue clericus, c.
in nona 16. q. 7. saltem in prima tōsura, Iaco. Sbrotz.
dict. tract. lib. 1. quæst. 31. nu. 11. Doctor vel licentia-
tus in iure. non theologus, nisi vtatur assessore

E

juris-

jurisperito, *ibid. quest. 36. num. 9. 12. & seq.* ad secularem, secularis vulgo, *Hoffrichter* deputatur, qui Deum & sanctam Iustitiam præ oculis habeant, non declinantes ad dexteram vel sinistram, *Sbroz. quest. 33.* in adeundo sint faciles, non excaedentes aduersus eos, quos malos putant, neq; precibus calamitosorum illachrimari oportet, id enim non est constantis, & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit, & summatim ita jus reddent, vt authoritatem dignitatis ingenio suo augeant, *l. obseruandum. ff. de offic. presid.*

TITVLVS XXXVI.

An constituto generali Vicario cesset
constituentis iurisdictio.

1. **I**urisdictio alteri concessa non transit priuatiue.
2. Imperatoris Iurisdictio per ordinationem Camerae Spirensis non cessat.
3. Iurisdictio ad coadiuuationem data priuatiue non intelligitur.
4. Officium ordinarij non cessat propter officium Vicarij.
5. Vicarius non potest Episcopo inhibere ne audiat & iudicet causas.

1. **I**URISDICTIO alteri concessa non transit priuatiue, sed cumulatiue juxta communem Dd. opinionem, *Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 1. num. 149.* in Camera Imperiali probatam, *Myns. Cent. 6. obs. 99. num. 1.* siue ex

ue ex contractu, siue priuilegio, *Matth. Stephan. de iurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. num. 220. & seq. Coler. d. loc.* Ideoque Imperatoris iurisdictione, 20
quasi per ordinationem Cameræ Spirensis cesset, satis inciuiliter disputatur, *Pet. Heig. part. 1. quest. 9. num. 12. & seqq. Matth. Steph. d. loc. nu. 216. & seq. Gail. lib. 1. obs. 11. nu. 6. obs. 121. nu. 7. Tob. Paurmei. de iurisd. li. 2. cap. 4. nu. 133. & seqq. & cap. 5. num. 32.*
fundata passim in ordinatione regiminis, vulgo, *Regiments Ordnung / de anno 1495. 1500. in §. Zum dritten / de anno 1512. Ordinatione Cameræ, de anno 1521. tit. Rechtlich vernehmen / §. Zum vierten / de anno 55. part. 2. tit. 4. §. eodem.* Passauiensi contractu, de anno 1552. capitulatione, & consuetudine hæctenus obseruata, & iure communi, quo absurdum videtur iurisdictionem & coadiuuationem datam priuatiue intelligi, 30
arg. l. 1. C. de offic. præf. vrb. l. in hac 30. C. de donat. Coler. d. cap. 1. nu. 162. ne ea, quæ in auxilium siue augmentum, inducta, operetur diminutionem. *l. si mancipia. in prin. ff. de fund. instru. l. cum quidam. ff. de bon. poss. l. legata. inutiliter. ff. de adinend. leg. contra intentionē dantis, l. non omnis. ff. si cert. petat. nec cessat officium ordinarii propter officium Vicarii, vt. x. de offic. ordinari. & offic. Vicar. nec prohibetur, Episcopus habens Vicarium, causas per se audire, lac. Sbroz. de Vicar. Episc. op. lib. 3. qua. 39. nu. 2. ne tribunal siue consistorium, quod vnum, idemq; cum eodem habet, c. 2. x. de consuet. c. romana, in princ. x. de appell. in 6. sit plane frustraneū & inane, arg. l. si prætor ff. de Iudic. nec potest Vicarius Episcopo inhibere, ne audiat & iudicet causas, Sbroz. quest. 40. nec cum eo effectualiter concurrere, Idem quest.*

17. num. 10. & seq. lib. 2. etsi concurrat non dicitur praeveneri, sed impediri. *Marta, de Iurisd. inter Iud. Eccles. & secul. part. 2. cap. 2. num. 2.*

TITVLVS XXXVII.

De Archidiacono.

1. 2. 3. 4. **A**rchidiaconus quis & quod eius officium.
 5. In Archiepiscopatu Colonienfi causa beneficiales aliæq; Ecclesiastica iudicalem indaginem requirentes ad forum Archiepiscopi siue Archidiaconum remitti debent.
 6. Si cum Episcopo in hisce causis concurrat, praevencio locum habet.

1. **A**RCHIDIACONVS maior post Episcopum, ipsiusque Vicarius & oculus reperitur, habens curam & sollicitudinem in clericis & ecclesiis, *c. 1. x. de offi. Archidi.* Archiepresbyteros, quos Decanos rurales, siue Christianitatis vocant, conuoçat & ab eis singula inquirat. *c. ad hæc. x. eod. c. 1. x. de offi. Archiepresb.* visitat. *d. c. 1. c. mandamus. x. h. t.* singulorum iurgia audit, quæ corrigenda viderit, corrigit, & emendat, maiores causas ad Episcopum decidendas refert, *d. c. ad hæc.* inter quas est matrimonii, *c. 1. x. de consang. & affinit. c. accedentibus. 12. x. de excess. pralat.* non dat litteras commendatitias ad ordines, *c. significasti. x. h. t.* nec pro corrigendis excessibus pœnam pecuniariam exigit. *c. licet. x. de pœn.* nec sententiam excommunicationis promulgat. *c. Archidiaconus. x. h. t.* nisi consuetudo vel Episcopi auctoritas accedat, *vt ibi Dd. & in c. dudum.*

*dudum. x. de Elect. c. cum ab ecclesiarum. x. de offi. or-
dinar. vti sub Archiepiscopatu Coloniensi, vbi
beneficiales, matrimoniales & reliquæ ecclesia-
sticæ causæ, quæ iudicialem requirunt indagi-
nem, ad tribunal siue forum Archiepiscopi siue
Archidiaconorum, ad quos institutio, & desti-
tutio super viribus beneficiorum, vel matrimo-
niorum, vel similibus cognitio proprie perti-
net, remitti debent, Stat. prouinc. fol. 510. & 538.
Anno 1599. in Synodo renouata, Etsi in huius
causis cum Episcopo concurrat, præuentioni
locus est, & nisi de ea constet, ratione maioritatis
Episcopus præfertur. Nicol. miles in repertor.
Verb. Episcopus. per Io. And. in c. pastoralis. 1. gl. x. de offi.
ordinar. & in aliis pluribus casibus, in quibus Ar-
chidiaconus nihil potest, quos vide apud Berta-
chum. in tract. de Episcop. lib. 4. per aliquot partes.*

TITVLVS XXXVIII.

An laicus possit esse Consiliarius vel af-
fessor ecclesiastici & e contra.

1. **I**N causa mere civili laicus ex commissione Ec-
clesiastici potest iudicare, secus in causa spiri-
tuali.
2. In qua tamen potest esse Consiliarius.
3. Consiliarij per se jurisdictionem non habent.
4. In Curia Leodiensi Ecclesiastica laici & coniugati
assident Officiali, In curia Coloniensi Clerici &
celibes.
5. Clericus potest esse Consiliarius Principis secu-
laris.

1. **A**UT in causa seculari & mere ciuili, & potest laicus non tantum consulere, sed etiam ex commissione iudicis ecclesiastici iudicare *gl. in c. 2. vbi & Panor. num. 4. x. de iudic. aut in causa spirituali & mere ecclesiastica nec iudex, d. c. 2. nec arbiter esse potest. c. contingit. vbi*
2. *Dd. x. de arbit. sed bene consiliarius siue affessor, Panor. d. c. 2. num. 13. Philip. Franc. in c. 1. in princ. de procur. in 6. Marta de iurisd. eccles. & secul. part. 4. cas. 174. per tot. quorum opinio communiter recepta est, Schrader. de feud. part. 10. sect. 13. num. 10. & seqq. quia isti per se iurisdictionem non habent, nec exercent, l. 2. de assessor. gl. in l. 1. ff. eod. Panor. d. num. 13. Schrader. d. loc. num. 53. nisi sub nomine & autoritate iudicis ecclesiastici, ita quod is iudicasse dicatur, c. qui facit. x. de regul. iur. in 6. vnde in curia ecclesiastica*
4. *Leodiensi etiam laici & coniugati assident Officiali, sub cuius nomine omnia expediunt. In curia Coloniensi, clerici & coelibes, vt causas ecclesiasticas ex delegatione Officialis iuxta reformationem sub suo nomine cognoscere & decidere valeant, salua appellatione ad ipsum Officiale vti committentem. l. 1. in princ. & ibi. Bart. in §. fin. num. 2. ff. qui & a quo ap. Gail. lib. 1. obs. 121. num. 2. Ex diuerso potest etiam*
5. *clericus esse consiliarius principis secularis. Panor. in c. sed nec. num. 7. in c. clericis. num. 9. & seq. x. ne cler. immis. se secul. negot. arg. auth. habita. ibi Episcoporum, Abbatum, Ducum, C. ne fil. pro pat. Ideoque Episcopi in Germania non inconsulte & ecclesiasticis & secularibus consiliariis in vno eodemque consilio vtuntur, fac. concord.*

concord. pat. Colo. art. 16. ibi, einen standhafftigen
Rath von Geist- vnd Weltlichen personen / quo
rectius vtramque jurisdictionem, & tam eccle- 7.
siasticum quam politicum statum administrent.

TITVLVS XXXVIII.

De auocatione causarum.

1. **Q**uis possit causam auocare?
2. **I**dque sit expresse vel tacite.
3. **I**nferior auocationi superioris siue iusta siue in-
iusta parere tenetur.
4. **S**i inferior iure proprio cognoscat, non obstante auo-
catione valet quod agitur.

IS causam auocare potest, qui iudicare iussit, 1.
vel manus imperium in ea iurisdictione ha-
bet, l. iudicium soluitur. 58. ff. de iudic. siue infe-
rior habeat ordinariam iurisdictionem, & i-
dem tribunal cum superiore, vt Vicarius Epi-
scopi, vt ibi Bart. Castrens. & alij Dd. c. vt nostrum,
vbi Panor. num. 2. x. de appell. Marant. in specul. part.
4. dist. 16. nu. 60. Capell. Tholos. quest. 481. & ibi Auf-
fres. Gail. lib. 1. obs. 41. num. 3. siue non, vt delega-
tus, vel potestas, siue iudex cum assessoribus, qui
ex forma statutorum iurisdictionem habent,
Bart. d. l. iudicium. num. 2. expresse, hoc est, 2.
expressis verbis siue litteris ad inferiorem da-
tis, vel tacite, cognoscendo, vel cōmittendo cau-
sam, Gail. d. obs. 41. num. 11. & seq. Marant. d. dist. 16.
nu. 58. Schrader de feud. part. 10. sect. 1. nu. 180. Et licet
superior auocando aliquando nimium faciat,

E

4

nihilō-

- nihilominus inferior, ad quem non pertinet superioris factum iudicare, auocatione siue iustæ siue iniustæ parere tenetur, *Panor. in d. c. vt nostrum. num. 3, Stephan. Aufrer. ad Capel. Tholos. d. quest. 481. num. 1. fac. §. Vnd was betriffet/rc. Reichs abscheid/de anno 1541. §. vnd damit die zeit/rc. de anno 42. §. so viel das Recht/rc. §. vnd was am/rc. de anno 44. alias acta sunt ipso jure nulla, & ne quidem partium consensu validantur, Schrader. d. loc. per plures Dd. Aufrer. d. q. 481. num. 3. per c. bona x. de postulat. secus, quam si is auocet, qui iudicare non iussit, nec maius imperium habet d. l. Iudiciū, vel si inferior jure proprio cognoscat, vti magistratus municipalis, qui subest præfidi prouinciæ, vel Episcopus, qui subest Archiepiscopo, non obstante auocatione valet quod agitur, *Castrens. in d. l. iudicium. num. 7. per §. interim §. nulla. auth. defens. ciuit. col. 3. gl. in clem. 1. de cele. missar. quantumuis iste inferior per superiorem confirmet. Couar. præct. quest. cap. 9. num. 4. quem vide latius de hac materia.**

TITVLVS XXX.

De appellatione.

1. **A**B Archidiacono appellatur ad Episcopum.
2. **A** Non autem à generali siue Vicaria.
3. **A**B Episcopo appellatur ad Archiepiscopum.
4. **S**i ad Cameram immediatam appelletur Archiepiscopus interueniens auditur.
5. **A**B Archiepiscopo quo appelletur?

1. **A**B Archidiacono appellatur ad Episcopum, c. romana, §. ab Archidiacono x. de ap. p. 8

pell. in 6. sicut & ab officiali foraneo, *gl. in cle. et si*
principales. Verb. foraneo. de rescript. communiter, re-
cepta, Coua. pract. quæst. cap. 4. nu. 8. tit. 449. vti so-
 let ab officiali Werlenfi non à Generali siue Vi- 2.
 cario, ne quidem sub prætextu consuetudinis,
d. c. romana in princ. c. 2. de consuet. in 6. nisi in causa
 non appellabili ad superiorem vel specialiter i-
 pso cõmissa, vt ibi Philip. Franc. num. 6. & seq. Ab E-
 piscopo appellatur ad Archiepiscopum, *d. c. ro-*
 mana. in causis spiritualibus siue ecclesiasticis, 3.
c. ad reprimendam. x. de offic. ordinar. c. dilectis. x. de
appellat. & secularibus, d. c. romana. §. debet. quod
 in Germania à multo tempore obseruatum, si
 inmutari, & immediate ad Camerã appellari in-
 cipiatur, Archiepiscopus interueniens auditur, vt 4.
 in causa appellationis Monasteriensis, *Bischofing.*
contra Droste, & contra Iungerman. per dominos
 Camerales iudicatum est, *fac. ea quæ tradit Natta*
Cons. 98. per tot. vol. 1. c. dilecti. 3. nu. 9. Ab Archiepi-
 scopo appellatur ad summum Pontificem in
 terris ecclesiæ, tam quoad seculares, quam ec- 5.
 clesiasticas causas, vbi vtramque habet iurisdic-
 tionem, *c. si duobus. §. deniq. x. de appell. In terris*
 imperii, quoad ecclesiasticas, ad Pontificem,
 quoad seculares ad Imperatorem, siue Came-
 ram Spirensis. *arg. ordinat. Camer. part. 2.*

tit. 1. Gail. lib. 1. obs. 30. num. 8. & seq.

c. nouit. x. de iudic. sup. tit.

20. & seq.

¶ (*)



E S TITV

An omisso medio appellari potest?

1. **D**ifferentia est inter jus canonicum & ciuile, inter Pontificem & Imperatorem.
2. Appellatio in foro ciuili omisso medio tenet, si is, cuius interest, nihil opponat.
3. Per pactum inter partes appellatio tolli potest.
4. An statuto tolli possit?

1. **D**IFFERENTIA est inter jus canonicum & ciuile, inter Pontificem & Imperatorem, Pontifex appellari potest, omisso medio, *c. ad romanam. c. quoties. c. ideo. 2. q. 6. c. si duobus. c. sollicitudinem. gl. & Dd. in c. dilecti. 66. x. de appellat.* Imperator non nisi gradatim, *l. Imperatores. ff. eod. ordinat. Camer. part. 2. tit. 29. in prin. Gail. lib. 1. obs. 119. num. 2.* rationem differentie inquirat. *Speculat. in tit. de appell. §. nunc tractemus.*
2. *Vers. & nunquid.* si autem is, cuius interest, nihil opponat, etiam in foro ciuili appellatio omisso medio facta tenet, *Myns. Cent. 1. obs. 67. Dd. in d. c. dilecti.* quorum opinio communis est, *Couar. pract. quest. cap. 4. num. 9.* Exinde appellationes ab Episcopis, eorumque Vicariis, præterita sede metropolitana interpositas, *de quib. tit. preced.* si non excipiatur, retineri videmus, cum
3. per pactum inter partes appellatio, tacite vel expresse tolli queat. *l. fin. §. fin. C. de tempor. appell. Marant. par. 6. act. 2. num. 373.* An autem
4. statuto? variant Dd. opiniones, *vt ait Gail. lib. 1. obs. 135. num. 12. At Bart. in l. omnes populi. num. 27. ff. de*

ff. de

ff. de iust. & iur. hoc modo distinguit, aut statu-
 tuentes habent jurisdictionem primæ & secun-
 dæ appellacionis, & valet statutum, *l. 2. §. exa-*
elis. ff. de orig. iur. quia disponit de his, quæ ad
 jurisdictionem statuentium pertinent, aut ha-
 bent jurisdictionem primæ appellacionis, aut
 nullam, ita quod appellatio ad superiorem de-
 uolui debeat, & non valet, sicut nec de jure ca-
 nonico, quo omisso medio appellatur, quia ten-
 dit in præiudicium superioris, *c. 2. x. de maior. &*
obed. c. venientes. vbi Dd. x. de iureiur. & ex ea ratio-
 ne non posse inferiores statuto appellacionem
 tollere vel impedire, communiter receptum re-
 fert, *Ripa. in c. 1. num. 45. x. de restitut. teste Cornel.*
Brederod. in tract. de appell. part. 1. tit. 11. verb. infe-
riores, & verb. priores populi, prout nec in Ca-
 mera tale statutum attenditur, *Gail. d. num. 12.*
Mynsing. Cent. 1. obs. 14.

TITVLVS XXXII.

An in causis secularibus recte appelle-
 tur ad Pontificem.

1. Pontifex quoad causas seculares nihil sibi ju-
 risdictionis assumit.
2. De facto & consuetudine Ecclesiastica appellatio
 à Iudice ciuili ad Pontificem interposita te-
 net.
3. In Camera imperiali appellans ad Pontificem e-
 iusque Iudicium prorogans non auditur.
4. Appellatus, qui iudicium non agnouit, supplicans
 auditur.

Cum

1. **C**VM Pontifex, quoad causas seculares sibi nihil jurisdictionis assumat, *c. venerabilem. x. de elect. c. nouit. x. de iudic. sup. tit. 20. & seq.* appellatio à civili iudice ad eius audientiam interposita secundum juris rigorem non tenet, sed de facto & consuetudine ecclesiæ aliud obseruatur, *c. si duobus. 7. §. deniq. x. de appell.* quod in tantum videtur in Camera Imperiali considerari, vt si quis ad Pontificem prius appellarit, eiusque iudicium agnouerit & prorogarit, non audiatur, *arg. ad l. Papinianus. cum autb. seq. C. de sent. & interloc. om. iud. vt est præiudicium in causa Catharinæ Webers / apud Pet. Mind. lib. 1. de process. cap. 11. num. 2. & 4.* si autem appellatus & is qui iudicium, quod impugnare intendit, non agnouit, supplicet, auditur, & sæpe cum maximo partium detrimento antea acti processus, non obstante allegata consuetudine cassantur, & principale negotium, de nouo cognosci demandatur, vt extant diuersa præiudicia, *apud Adrian. Gylman. in Symphor. tom. 3. Verb. appellare, quibus, & c. & verb. Iudex tom. 6. cap. 1. vers. 4. Matth. Stephan. lib. 2. de iuris. part. 1. cap. 3. num. 195. lib. 3. part. 1. cap. 3. num. 52. & seq. Tho. Michaël. d. conclus. 43. & adhuc nuper anno 1607. 30. Aprilis, in causa Michaëlis contra Wilhelm. & Mattheis Schroder.*

—06(*)90—



TITVLVS XXXIII.

De executione Sententiæ.

1. **S**ententiæ in rem iudicatam lapsa executionẽ demandatur.
2. Si Executorialibus intra statutum terminum non pareatur ad arctiora & declarationem pœnæ proceditur.
3. Etiam à Iudice Ecclesiastico.
4. Quando requisitorialis seu literis mutui compassus opus sit.
5. Consuetudo, qua executio statim & immediate Iudici demandatur, toleratur.
6. Requisitus tenetur sententiam à requirente latam exequi.
7. Nisi animaduertat processum in fraudem suæ Iurisdictionis esse fabricatum, vel nullum.
8. Super rebus in quibus executio facienda cognoscere potest.
9. Si sine litteris primi Iudicis irrequisitus executionem faciat, ea erit nulla.
10. Si actione Iudicati, siue in factum ex sententia actum fuerit, valide procedit.

SENTENTIA in rem iudicatam lapsa, ni effectu careat, à iudice qui tulit, executioni demandatur, *c. quod ad consultationem. x. de sent. & re jud. l. cum quadam. ff. de iurisd. om. jud. Myns. cent. 3. obs. 68. in prin.* primo per literas vt vocant executoriales, ipsi parti victæ siue condemnatæ, quæ si intra statutum terminum non pareat, ad arctiora & declarationem pœnæ proceditur,

1.

2.

- ceditur, deinde crescente contumacia, iudici sub quo pars vel res moratur, executio demandatur, *Cammergericht's Ordnung/part. 3. tit. 48. Gail. lib. 1. obs. 113. num. 1. & seqq. obs. 115. num. 3. Pels. process. tit. 49. num. 3. Pet. Frider. Mindan. lib. 2. cap. 65. in prin.* etiam à iudice ecclesiastico, adhibitis ad hoc ecclesiasticis censuris, *c. principes. c. administratores. 23. q. 5 c. statuimus. §. fin. vbi gl. x. de maled. Panor. in d. c. 1. num. 11. Gail. d. num. 3. Marant. disput. 1. num. 26.* quæ si contemnantur, imploratur fortius seculare brachium, *c. nullus. x. de iure patronat. c. 1. vbi gl. & Dd. c. quoniam. x. de offic. ordinar. d. c. principes. Bart. in l. à Diuo Pio. §. sententiam. num. 5. ff. de re jud. §. 1. auth. vt differ. jud. col. 9. c. dilecto filio. x. de sent. excom. in 6. Mind. d. cap. 65. num. 5.* & si iudex condemnati ad iurisdictionem iudicis, qui sententiam tulit, minimè pertineat, requisitione siue literis requisitorialibus seu mutui compassus in iuris subsidium opus est, *c. romana. §. contrahentes, vbi Dd. x. de for. comp. in 6. l. properandū. §. sin autē reus. C. de iudic. l. à Diuo Pio. §. sententiā. vbi Bar. Castren. & alij ff. de re judic. l. cum quedam, vbi Zas. nu. 19 & seq. ff. de iuris. d. om. jud.* Vbi autem is stylus alibi inualuit, quod executio sententiæ, non ipsi parti prius, sed statim & immediatè iudici demandatur, vt is partem ad partitionem compellat, melius tolerari potest, quam si statim initio per mandatum pœnale, etsi cum iustificatoria clausula, iudici immissio seu expandatio deferatur, exinde enim, vel per fauorem vel ignorantiam iudicis, qui forte nescit distinguere inter primum & executiuum mandatum, cum vel sine clausula multas iniquas executio-

ecutiones & bonorum de occupationes, quæ nõ
 nisi cum magno temporis & expensarum di-
 spẽdio reparari possunt, oriri docet experientia.
 Interim requisitus tenetur sententiam à requi- 6.
 rente latam exequi, *d. c. romana. §. contrahentes v-*
bi Dd. & in d. §. sententiam. & §. sin autem reus. atq;
 ita vnus iudex alterum, adiuuare, secularis eccle-
 siasticum per gladium materiale, *c. vnam san-*
ctam de maior. & obed. in extrau. com. è conuerso
 ecclesiasticus secularem per gladium spiritualem
Gail. obs. 115. num. 2. Couar. pract. quæst. cap. 10.
num. 10. Cammergerichts Ordnung/ de anno 1517.
tit. 17. de anno 21. tit. execution der vrtheil/ de anno
55. part. 3. d. tit. 48. §. Vnd ob die/re quemadmo-
 dum hi duo gladii consueuerunt, exigente ne-
 cessitate sibi inuicem suffragari, & in iuuamen
 alterius subuentione mutua frequentius exer-
 ceri, *text. in d. c. dilecto. x. de sent. excom. in 6.* nisi re-
 quisitus animaduertat processum in fraudem
 suæ jurisdictionis esse practicum, *arg. c. ex teno-* 7.
re. x. de for. compet. Costal. in l. 1. ff. de iud. Matth. Ste.
de iuris d. lib. 1. cap. 25. num. 51. vel omnino nullum
Fran. Mar. quæst. 119. nu. 4. quãdo autẽ, qualiter, &
 super quibus exceptionibus cognoscere possit,
vide Gail. d. obs. 113. nu. 7. & 8. Menoch. de arbit. iudic.
quæst. 38. satis recte super rebus, in quibus ex-
 ecutio facienda, *d. l. à Diuo Pio. §. in venditione. & §.* 8.
si super rebus, & si sine literis primi iudicis, irre-
 quisitus executionem fecerit, executio erit nulla 9.
Zaf. in d. l. cum quedam. nu. 21. Myns. Cen. 3. d. obs. 68.
 secus quam si actione iudicati siue in factum ex
 sententia actũ fuerit, tunc valide procedere po-
 test, *Bart. in d. §. sententiam. nu. 1. ibi apostol. & Gail. li.* 10.
 2. de

2. de pac. public. cap. 7. num. 35. vel ordinarie,
 juxta Bart. vel Summarie, juxta Zas. in
 l. infra ff. de re jud. & hoc in Camera
 seruat, Gail. d. obs. 113. num.
 9. & seq.

SIT Deo MEO LAVS SITqVE gLORIA
 SITqVE sanCtæ roManæ eCCLESiæ LeCti
 CensVra.
 Vti DatVr & saCro IMperIo:
 IVDICIUM.



SEQVVN.

ric,
SEQVNTVR
ALIQVOT COMMIS-
SIONES EDICTA ET REFOR-
mationes Curiaē Ecclesiaē Colo-
nienfis.

- Ctl
i. *Commissio Vicarij in Spiritualibus.*
a *Rescripta siue Indulta aliquot Apostolica ad offi-*
cium eiusdem Vicarij pertinentia, prout anno
1609. à defuncto Vicario publicata.
3. *Commissio Officialis siue Vicarij in casibus Iusti-*
tia.
4. *Ordinatio Reuerendissimi inter Magistrum & la-*
tores litterarum ac super aliis anno 9. in Octobrē
publicata.
5. *Edictum de immatriculandis Notariis & exe-*
quendis mandatis.

Commissio Vicarii in Spiritualibus.

7N.
ERNESTVS Dei gratia Electus & Confir-
matus Archiepiscopus Colonien. Reue-
rendo & Doctissimo nobis fidei dilecto
Otthoni Gereon SS. Theologiae Doctore, Theo-
logo & Consiliario nostro, nec non Metropoli-
tanae Colonien. Ecclesiae Canonico salutem in
Domino sempiternam, De tuis legalitate & in-
dustria confisi te in nostrum in Spiritualibus con-
stituimus, facimus, deputamus. Vicarium gene-
ralem per praesentes, & tibi plenam facultatem
& auctoritatem concedimus, quascunque Ere-
ctiones, Fundationes & Dotationes nouas, Mo-
nasteriorum, Ecclesiarum Collegiatarum &
Parochialium, Cappellarum, Altarium Hospi-
F talium

talium & aliorum locorum sacrorum beneficiorum Ecclesiasticorum intra nostras Ciuitatem & Diocesim existentium examinandi & prout de iure fuerit faciendi, confirmandi & infirmandi Beneficia & Officia Ecclesiastica quaecumque, etiam ipsi dignitatibus Monasteriis siue aliis beneficiis Ecclesiasticis cura immineat animarum & diuini cultus augmentum, vel alia rationabilis causa id exposcat, perpetuo vel ad tempus uniuersum, appropriandi & annectendi, nec non quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum dictarum Ciuitatis Diocesis nostrarum resignationem & permutationem recipiendi & admittendi, personas in eadem beneficia via Iuris transferendi, nec non in causis huiusmodi nomine & tempore Prædecessorum nostrorum ac deinde Sede vacante & per Vicarium prædecessorem tuum coeptis proseguendi & faciendi de superque statuendi, decernendi & ordinandi, prout de iure, faciens que decreueris in præmissis auctoritate nostra per censuras Ecclesiasticas & alia Iuris remedia, inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio Brachii sæcularis, firmiter obseruari, Testes etiam si quis sint compellendi, Censuris similibus veritatis testimonium perhibere, Litteras quascumque Apostolicas, gratiam siue Iustitiam continentem sub Bulla vel à Pœnitentiario sedis Apostolicæ vel legatore eius, tam super dispensationibus, quam absolutionibus & votorum commutationibus & aliis quibuscumque nobis dirigendis purificandi & provisiones eorum faciendi & concedendi, & cum illegitime natis, ut ad Ordines minores promoveri ac beneficia recipere ac retinere valeant dispensandi.

spere

COMMISSIONES ET EDICTA. 83

spensandi, Literas commendatitias & dimissorias ad omnes etiam sacros ordines concedendi ac celebrandi, nec non generaliter & specialiter omnia & singula alia, quæ ad Vicarium in Spiritualibus generalem pertinent de Iure vel consuetudine, licet ea Commissionem magis exigent specialem faciendi & exequendi; simulque Indulta à sanctis. Dño nostro Paulo Papa Quinto cœteris in casibus sibi aliquin reseruatis Nobis concessa exercendi & exequendi, Nostram authoritatem & facultatem in hoc tibi plenarie committimus & concedimus per præsentis, Volumus autem, quod omnes & singulæ litteræ & processus per te decernendi & sigillandi, sigillo Officialatus Curix nostræ Coloniensis & non alias sigillêtur, In quorû omnium fidê ac testimoniûm has litteras nostras Charissimi Nepotis & Coadiutoris nostri subscriptas manu sigilli nostri appensione communiri fecimus, Datum Bonnæ 30. Decemb. Anno à Christo nato 1611.

Rescripta siue indulta aliquot Apostolica ad officium eiusdem Vicarij pertinentia, prout anno 1609. à defuncto Vicario publicata.

HENRICVS Reck Iuris vtriusq; Doctor Metropolitanæ nec non Collegiatæ Diui Georgii Ecclesiarû Colon. Presbyter Canonicus Capitularis & respectiue Decanus Curixq; Archiepiscopalis ibidê Officialis, nec non Reuerendiss. & Sereniss. Principis & Domini Dñi. ERNESTI electi & cõfirmati Archiepiscopi Colõ. S. Romani Imp: per Italiã Archicancellarij Principis Electoris, Episcopi Leodië, Administratoris Monaste-

Monasteriensis, Hildesheimensis Ecclesiarum,
 Principis Stabulensis, Comitis Palatini Rhe-
 ni superioris & inferioris Bauariæ, Westualia,
 Angariæ & Bullionis Ducis, Marchionis in Fran-
 chimont, &c. Domini nostri Clementissimi
 in Spiritualibus Vicarius generalis & in negotiis
 dispensationum, absolutionum, vnionum, alia-
 rumque gratiosarum ad Archiepiscopales casus
 & ordinarii Potestatem spectantium concessio-
 num intra Ciuitates & Diocœsin Coloniensem
 occurrentium Commissarius specialiter depu-
 tatus. Vniuersis & singulis Decaniarum Rurali-
 um siue Christianitatum per Diocœsin Coloni-
 ensem constitutarum, vbiunque locorum re-
 sidentibus Decanis & eorum singulis Salutem
 sempiternam. Postquam antehac Sanctissimus
 in Christo Pater & Dominus noster, Dominus
 PAVLVS diuina prouidentia Papa eius nominis
 Quintus, temporum & locorum horum neces-
 sitatibus ita postulantibus, benememorato Re-
 uerendissimo & Serenissimo Archiepiscopo, Ele-
 ctori Coloniensi, &c. ad maiorem subditorum
 Metropolitanæ Ecclesiæ & Diocœsis Coloniens-
 sis, & aliorum tam Ecclesiasticorum quam secu-
 larium ædificationem, solamen, securioremque
 vitæ ac status eorundem prosperitatem atque
 æternam animarum salutem certas quasdam &
 singulares facultates in casibus etiam plerisque,
 alioquin sacrosanctæ Sedi Apostolicæ reserua-
 tis, dispensandi, absoluendi, aliasq; gratias con-
 cedendi, de speciali Pontificia benignitate in-
 dulserit, ac sua Serenissima Celsitudo nobis tan-
 quam Vicario in Spiritualibus generali pro tem-
 pore

pore eiusmodi facultates Apostolicas non mi-
 nus, quam Ordinarias, citra etiam præiudicium
 earundem, in casibus emergentibus ac necessita-
 tibus prædictis, per & intra Ciuitates & loca o-
 mnia totius Diœcesis Colonienſis fideliter ex-
 ercendi & exequendi, munus ac vices commise-
 rit. Nos, ea quæ ad ſubditorum & Diœceſano-
 rum quorumcunq; , Domino noſtro Commit-
 tenti antediſto, tanquam Ordinario ſiue in tem-
 poralibus ſiue ſpiritualibus quomodo libet ſub-
 iectorum ſalutem, emédationem & profectum
 orthodoxæq; fidei ac religionis reſtaurationem
 & incrementum, ac præcipue diuinæ indignati-
 onis placationem & auerſionem tendunt, Vo-
 bis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum
 cuiſbet certioranda & ſignificanda, ideoq; præ-
 dictarum facultatum Apoſtolicarum ſummaria
 capita in breue compendium contracta ſub in-
 ſcripto tenore tranſmittenda eſſe duximus.
 Vosque ſimul in Domino requirimus & horta-
 mur, vt prima Synodo ſiue congregatione Capi-
 tulari, quam in Decaniis ſeu Chriſtianitatibus
 vobis concreditis ſeruaueritis, ac deinceps ſub-
 ſequentibus Synodis vniuerſis & ſingulis Paro-
 chis, Paſtoribus, Diuinorum Rectoribus, Vice-
 curatis ſeu Sacellanis Eccleſiarum veſtris Capi-
 tulis ſiue Decanatibus ſubiaccantium, non ſolum
 præmiſſa notificetis & publicetis, verum etiam
 de ſubditis in matrimoniis de iure Canonico &
 diuino prohibitis, aliasque in ſcandaloso vel pe-
 riculoſo ſtatu viuentibus ſerio inquiretis & in-
 quiri, eoſdemque ad ſaniorẽ mentem reduci,
 & vt remediis modo præmiſſo à ſancta Sede A-

postolica in ipsorum commodum & animarum salutem obtentis vtantur, sedulo admoneri faciatis & curetis. Qua in re id quod vestri officii nomine vobis maximè incūbit, subditorumq; correctioni & conscientiarum securitati perpetuæque salutis omnino deseruit præstiteritis. In fidem præmissorum præsentis Literas per specialem nostrum in Spiritualibus Notarium infra-nominatū subscriptas, sigilli nostri maioris sub impressione iussimus & fecimus cōmuniri. Datum Colonie Anno Domini Millesimo, sexcentesimo nono. Die quidem Martis decima sexta mensis Iunii. *Sequantur nunc summaria facultatum Apostolicarum concessarum à Summo Pontifice PAVLO V. Serenissimo Archiepiscopo Coloniensi, Episcopo Leodiensi, &c.* In primo diplomate 7. Calendas Augusti, Anno 1607. (a) FACULTAS in Coloniensi, Leodiensi, Frisingensi, Monasteriensi & Hildesheimensi Dioccesibus per Episcopum vel eius Officiales siue Vicarios in Spiritualibus generales, hæreticos & eorū fautores, quique libros eorum legerint, subditos etiam aliarum partium, vbi hæreses impune grassantur, tam seculares quam regulares quoscūq; si resipuerint, ab hæresibus & excommunicatione, suspensione, interdicto aliisque censuris & pœnis idcirco incurfis in vtroque foro citra aliquam habilitatem aut dispensationem absoluedi, dum modo relapsi non sint, nec præuentum de iis iudicium, quo casu Pontifex vel generalis inquisitio consulenda. Similiter per Episcopum tantum cum iisdem super irregularitate præmissorum occasione contracta, quoad

Execu-

Executionē Ordinū tantū in utroq; foro dispensandi. Itē subdelegandi Pastoribus facultatē eisdē in foro conscientię absoluedi; Si quis vero aliene Diocesis in utroq; foro absoluetur, fides recōciliationis in forma authentica ad Ordinariū transmittēda. In secūdo diplomate. Anno 1607. 6. Decēbris. FACULTAS in Diocesis Colonienſi & Leodiensī, pauperes siue eos, qui quotidiano labore & industria viuunt ab incestu in tertio vel quarto, aut tertio & quarto mixtis, multiplicibusue consanguinitatis & affinitatis gradibus sciēter vel ignorāter matrimonio interueniente vel non, nec nō in secundo ex actu fornicario ignoranter commissio in utroq; foro, iniuncta pœnitētia arbitraria absoluedi, & cum iisdē dispensandi, gratis tamen ad effectū matrimonii inter se ac cum aliis etiā pauperibus similibus gradibus coniunctis cōtrahendi, prolesq; susceptas & suscipiendas legitimas decernēdi, dummodo mulieres propter hoc raptæ nō fuerint. In tertio Diplomate subdata Ann. 1607. 7. Decembris. FACULTAS arctatos quoscunque Diocesis Colonienſis ad minores & maiores Ordines extra tempora à Iure statuta, (b) & non seruatis interstitiis à Concilio Tridentino designatis promouendi. Itēq; indulgendi degētibus, vbi penuria pisciū est, ouis & lacticiis quouis tēpore, praterquā maiore hebdomada

F 4 82

(a) Facultas absoluedi ab hærēsi pertinet de iure communi ad ordinariū, c. ad abolendam. x. de hærētic. c. presbyteros. dist. 30. abundans interim cautela non nocet.

(b) Ordinarius dispensat cum ordinato extra tempus, c. consultationis vbi gl. x. de temp. ord. alibi tamen aliter Bertach. de Episcop. p. 2. lib. 4. num. 127.

& quatuor temporibus vesci. Item Simoniacos
absoluendi in foro conscientiarum, dimissis benefi-
ciis & rebus per Simoniam obtentis.

*Christianus Arck Protonotarius
in Spiritualibus subscripsit.*

Commissio Officialis siue Vicarii in ca-
sibus iustitiarum.

ERNESTVS Dei gratia sanctæ Coloniensis
Ecclesiæ Electus & Confirmatus Archie-
piscopus Coloniensis, Sacri Romani Im-
perii per Italiam Archicancellarius, Princeps E-
lector, Episcopus Leodiensis, Administrator
Hildesheimensis, Monasteriensis & Freisingen-
sis Ecclesiarum, Princeps Stabulensis, Comes
Palatinus Rheni, Superioris & Inferioris Bava-
riæ, Westualiarum, Angariæ & Bullionis Dux, Mar-
chio Franchimontanus, Legatusque natus, Ve-
nerabili Deuoto nobis dilecto Zachæo ab Hor-
rig Iurium Licentiate salutem in Domino, Cum
Officialatus Curiarum nostrarum Coloniensis per obi-
tum venerabilis, deuoti, nobis dilecti Henrici
Reck, Iurium Doctoris, Metropolitanæ Ecclesiæ
nostræ Coloniensis Presbyteri, Canonici & Deca-
ni ad S. Georgium, de præsentibus vacet & Nobis v-
ti Electo & Confirmato Archiepiscopo Colo-
niensis Ecclesiæ incumbat, Iustitiarum administratio-
nem promouere. Ne igitur partes litigantes in
prosequendis vel introducendis causis remo-
rentur, sed potius Iuri & Iustitiæ suus certus &
legitimus cursus permaneat, Tibi cuius, legali-
tatem fidem & Industriam exploratam habe-
mus, officium huiusmodi Officialatus conferi-
mus, omnimodam potestatem dantes, in prædi-
ctis

ista Curia nostra Colonię. præsidendi, ac de cau-
 sis Introductis vel introducendis tam ciuilibus,
 quam criminalibus, prophanis mixtis & aliis
 quibuscunque ad forum dictę Curię nostrę in-
 ter quascunque personas cuiuscunque status &
 conditionis extiterint motis & mouendis ple-
 narie ac summarie cognoscendi, Ipsasq; causas
 si opus fuerit resumendi, vltius tractandi, fi-
 niendi & decidendi, sententias tam diffinitiuas,
 quam interlocutorias ferendi, crimina & exces-
 sus quorumcunque subditorum nostrorum &
 Ecclesię nostrę Colonię. corrigendi, puniendi
 pœnas & emendas publicas & pecuniarias, mul-
 ctas & censuras Ecclesiasticas fulminandi & re-
 laxandi, Excommunicatos dictę nostrę Colon.
 Ecclesię Authoritate in forma Iuris absoluendi,
 omniaque alia & singula quę merę nostrę Iu-
 risdictionis fuerint & non ordinis ac ad nostrũ
 Officiale quouis modo de Iure vel consuetu-
 dine pertinent seu pertinere & spectare digno-
 scuntur faciendi, exercendi & exequendi, In
 quibus omnibus & singulis modo & forma ex-
 pressis, damus tibi & concedimus tenore præ-
 sentium plenam & omnimodam facultatem
 sententias vero & censuras, quas rite tuleris, fa-
 uente Deo authore vsq; ad satisfactionem con-
 dignam firmiter obseruari, In fidem omnium
 & singulorum præmissorum litteras manu no-
 stri Nepotis & Coadiutoris subscriptas, sigilli
 nostri sub impressione iussimus & fecimus com-
 muniri, Datum in Castro nostro Bruel vlti-
 ma Septembris, Anno 1611.

Ferdinand. subscrips.

F s Ordina-

Ordinatio Reuerendissimi inter magistrum & latores litterarū ac super aliis anno, in 9. Octob. publicata.

FERDINANDVS Dei Gratia, &c. Curantea quæ circa Executionem Mandatorum & officium Magistri latorum nuper ordinata, ac publicata sunt cū omnibus, inter procuratores Notarios & Curia Archiepiscopalis Coloniensis & Magistrum Latorum inde exortis differentiis, de nouo examinari, reuideri, & de iis hanc declarationem fieri quam serio mandat, vsque ad reuocationem, in omnibus & singulis ad amulsim seruari.

1. Magister Latorum sit continuo præsens in Ciuitate, & in suo officio diligens, iuxta ordinationem subdata 1. Aprilis Anno 1607. nec sit Aduocatus vel sollicitator in aliqua causa coram Officiali pendente, sub pœna suspensionis ex nunc vel etiam amotionis officii, pro arbitrio Principis.
2. Officium Cursoris diligenter administret cum virga argentea, præcedendo Officialem ad Audientiam euntem, & inde domum redeuntem, exequendo Mandata in Ciuitate Coloniens. & reliqua faciendo, quæ ab antiquo huic officio incubuerunt, etiam nunc incumbunt, sub pœna duorum florenorum aureorum, singulis vicibus, quoties omiserit, sigillifero soluendorum.
3. De causis Westphalicis & Appellationum, utpote ad eius officium antiquitus non pertinentibus, sese non intromittat, iuxta §. Item Sigillifer &c. dictæ ordinationis de Anno 1607. 1. Aprilis.
4. Moræ periculum non ipsius, sed Officialis arbitrio & discretioni relinquatur, sine aliquo concordig lucro, seruato modo eiusdem Ordinationis in §. fin etiam partes.
5. Latores in suo officio contineat, eorum excessus

& defectus sedulo inquirat, corrigendos & semo-
mouendos ad Dominum Officialem, & sigillife-
rum maiorem singulis mensibus referat.

6. Mandata pro sigillatione ad sigilliferum mino-
rem deferat, necessario impeditus, signata per lato-
res vel partes, sigillanda transmittat, sigillata ad exe-
quendum, executata ad reproducendum sine proera-
stinatione & affectione distribuat omnibus, ad pro-
thocollum suum relatis,

7. Quinque duntaxat Latores erunt Ordinarii,
prout hactenus, reliquis omnibus remotis, qui o-
mnia & singula mandata, sine aliquo discrimine exe-
quentur, & si forte non sufficiant, vel omnes ali-
quando abesse contingat, in euentum & subsidium
iuxta §. Et quinque tantum, &c. d. Ordinationis v-
nus atque alter per Dominum Officialem & Sigilli-
ferum maiorem ad hoc qualificatus, & assumptus, ab-
legabitur.

8. Huiusmodi Latores non emant, nec suscipiant in se
lites, vel solutiones neque de quota litis paciscantur
nec partes ad litigandum sub promissione victoriæ
vel honorarii incitent, sub pœna priuationis.

9. In reliquis punctis, Magister & Latores serua-
bunt ordinationes, reformationes, ac leges antehac
publicatas, & seruari mandatas, donec aliud cum
causæ cognitione ordinatum fuerit.

10. Executiones autem mandatorum non aliter
nec ab aliis quam Iuratis latoribus, vel per eorum,
directionem à locorum Parochis factæ recipientur
nec validæ erunt, nisi pars Citata compareat, & vltro
se submittat.

11. Pari modo non recipientur, nec validi erunt,
imposterum actus, vel contractus aliqui, coram ali-
is, quam in Cancellaria per ad hoc deputatis, exa-
minatis admissis, & immatriculatis Notariis, legiti-
mè celebrati, & ad formam prothocolli redacti.

12. Præter hæc reperiuntur passim magni abusus, &
inutiles termini circa processum, de accusâdo cõtu-
maciâ, protestâdo de absentia Dñi, de fatalibus nõ la-
psis neq; labedis, citra exhibitionem alicuius diligetia
petea-

petendo Iustitiam, vel simile quid, &c. Ideo mandat Sua Seren. ne procuratores aliquos inutiles terminos proponant, nec propositos Notarii ad Acta redigant, sub reiectionis Actorum, & alia arbitraria poena, quod si verò necessitas postulet, prout non raro exigit, Aduersarium de purganda contumacia, & Iudicem de administranda Iustitia interpellare, aliasque de adhibita diligentia, & non labendis fatalibus protestari, poterit huiusmodi interpellatio & protestatio iterum, ac saepius fieri, sed non, nisi ter, sine aliqua extensione ad Acta redigetur, Et si causæ appellationis decisio, in secundum, tertium, & plures Annos, interueniente impedimento differatur, singulis annis ternam instantiam siue protestationem de fatalibus non lapsis, neque labendis, ad Acta registrare licebit.

13. Causas exigui momenti & infra decem daleros, sine strepitu, & figura iudicii ac appellatione, Officialis cognoscat, salua reuisione vel restitutione in integrum.

14. Supra decem daleros, intra summam priuilegii de non appellando ad Cameram bis committat, ipsemet vero tertio cognoscat & decidat iuxta reformationes antehac publicatas.

15. Ad Cameram appellabiles, ad minus semel committat, & in secunda instantia ipsemet cognoscat, relicta facultate appellandi ad quemcunque superiorem.

16. Et quo melius hæc omnia seruari valeant, grauatus non nisi gradatim sine omissione medii ad Officialem, sub poena suspensionis procuratorii aliasque arbitraria, appellare, & causam introducere debet.

17. Cum & remedium L. diffamari, C. de ingen. & manumifs. in magnum abierit abusum, quo subditi indifferēter in omnibus & singulis causis, etiam sine præuia legitima diffamatione ad proponendum Actiones citantur, cum annexa inhibitione contra partes & iudices de non procedendo, eoque modo, vel alias citati coram iudice citante actiones suas proponere coguntur; quod cum in præiudicium aliorum Ordinariorum Iudiciorum tendat, Iurique aduersetur, quo permittitur citato veluti Actori vnum ex pluribus competentibus iudicem eligere, coram quo Actiones suas proponere velit, Ideo vbi citatus iam ante vel infra terminum à citante iudice constitutum Actiones suas coram alio Ordinario Iudice proposuit, de quo documentum exhibeat, præcipit Sua Seren. Citatum eò, sine mora remittere, nec in futurum Citationi ad proponendum Actiones, &c. Inhibitionem annectere. Quæ omnia & singula Reueren. Sua Seren. sic vti præmittitur, vsque ad vltiorem ordinationem firmiter obseruari ac manuteneri statuit, ac mandat. In quorum fidem præsentibus litteræ eiusdem S. Serenit. manu subscriptæ & Archiepiscopalis sigilli subappressione sunt communitæ, Datæ Bonnæ, Anno 1609. die 7. Mensis Octobris.

Publicatum 26. eiusdem Mensis Colonia, in Aula Archiepiscopali, præsentibus Cancellario, & alijs quibusdam Consiliarijs Reuerendissimi, necnon omnibus illius Consistorij Officiarijs.

Edictum

Edictum de immatriculandis Notariis & exequendiis mandatis.


 In Gottes Gnaden wir Ernst Erzbischoff zu Cölln/ des Heiligen Römischen Reichs durch Italien Erzkansler vnd Churfürst / Bischoff zu Lüttig / Administrator dero Stifter Münster/ Hildesheim / vnd Freysing/ Fürst zu Stabul/ des Primat vnd Erbstiftes Magdenburg Thumprobst/ Pfalzgraue bey Rheyen/ in Obern vñ Niedern Beyerne / Westphalen/ Engern/ vñ Bullion Herzog / Marggrau zu Francimödt/ &c. Thun kundt/ vñ menniglich htemit zu wissen/ das wir eine geraume zeit hero im werel befunden vñnd erfahren / wie zu abbruch schmelierung/ vñ Confusion vnser Erbstiftes Cölln höch Ober vñ gerechtigkeit/ auch vñ alters wolherbrachter ordinari Jurisdiction verschiedene Process/ Urtheil/ Brieff/ vñ Executorial Mandata, ohne rechten gemachtē vñnderscheid/ vñ intitulation, wie auch derē Richtern/ vñnd exequirenden Pottē vñ Notariē außgelassē/ verkündet vñ auff derē execution bestāden/ vñ ohne vnserē/ vñ vnserer Beambtē gebürliche requisition getrungen würd/ das auch durch vñnerfahreheit derē Notariē/ die Executiones nit recht fürgenōmen/ zu dem hin vñ wieder viele in dē Rechte vnbeständige Testamēt/ Contract vñ andere Actus ins gemein aufgericht/ beschriebē vñ instrumētirt, dardurch mehr vnruh/ newe beschwerliche/ langwirige Processen/ vñ kostē den armē Leuten zum höchstē verderben verursacht werdē/ vñ wir dan allem solchen vnordentlichen vnrichtigen/ auch vnserm Erbstift/ vñnd dessen Ordinari Jurisdiction


diction


& Diction hochnachteilicher verhandlung/vñ das bis-
 hero ins gemein dē armen ohne das gnug verderb-
 ten Vnderthanen zu wachsenden vnwiderbringli-
 chen schaden länger vngeandt nicht zusehen sollen
 noch wollen/ So befehlen wir demnach allen vnd
 jeden vnseren Rāthen/ Officialen/ Commissarien/
 Amteleuten/ Bögten/ Schultessen/ auch Bürger-
 meister/ Scheffē/ Rāth/ vñ andern Befelchhabern/
 Potten/ vnd Vnderthanen/ sampt vñnd sonder/
 gnedigst auch ernstlich hiemit/ vnd wollen/ das ihr
 fürbas keine mandata oder Process/ einichs orths
 in vnserē Erzhstift von Geist/ oder Wellichen an-
 nehmē/ viel weniger darauff einige würckliche Exe-
 cution thuen/ oder auch durch andere beschehen las-
 sen/ es seyen dann dieselbigen bey euch selbst Iudi-
 cialiter cum causæ cognitione außgeführt / oder
 vnder vnserm Officialat Siegelen in Cölln/ Bonn/
 oder vnserm Churfürstlichen Secret außgefertigt/
 Soltē aber einige mandata, Vrtheil/ Executorial
 oder requisitorial Brieff vnder eins andern Rich-
 ters nahmē verkündet/ vñ deren Execution gesucht
 werden / habt ihr dieselbe zu vnser Cankleey auff
 Bonn zuuerweisen/ gestalt daselbst gebürtlichen be-
 scheidis zuerwarten/ bis dahin aber mit der Execu-
 cution einzuhalten/ Wie ihr dann auch keine No-
 tarien zu auffrichtung vnd beschreibūg einiger Te-
 stament/ Contract/ Instrument/ oder documen-
 ten zu zulassen/ viel weniger solche Actus, was derē
 nach drey Monatē von zeit publication dieses ge-
 macht/ als gültig vnd bestendig/ in/ oder außserhalb
 Gerichts anzunehmē/ sonder mehr/ als nichtig vñ
 vnkressig zuuerwerffē/ darauff keine Processē zue-
 fennen/ viel weniger einige Execution zuerstattē/
 bis


bis dahin solche Notarii bey vnser Bonnischett
 Cankelen/examinirt/approbirt/eingeschrieben/vnd
 euch diesfalls gnugsamer schein vorbracht/ zu wel-
 chem endt ihr alle vnd jede Notarien / die jr Nota-
 riat ampt in vnserm Erbstift eins / oder des ande-
 ren orths zu vben/vnnd zugebrauchen vorgenomē/
 anhero zu vnser Cankley ad examinandum vnnd
 ferneren gebürlichen bescheidts abwartung zuuer-
 weisen/ alles bey vermeidung vnser straff vnnd vn-
 genadt/wie wir vns dann dieselbige straff / sonder-
 lich auch gegen die jenige Notarien/welche sich vor-
 berürter Contract auffrichtung / auch deren Exe-
 cution/Insinuation/vngeacht gegenwertigen vn-
 seren Edict vnnd verbots einiges wegs vnderfan-
 gen/ausdrücklich hiemit vorbehalten thun/an demē
 allem beschicht vnser zuuerlässiger/gnedigster/auch
 ernst-vnd endlicher befelch hiemit. Brkund vnser
 zu endt auffgedruckten Secrets. Geben den 8.
 Monatstag Nouembris Im 1609. Jahre.




ett
nd
cl
a
de
nē
nd
re
no
er
or
re
n
n
ne
sch
rs
8.











4





Th
4840